This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 009 720 046

Digitized by Google

Rd. Oct. 1896

Class 5988.77 sigillum_ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOVANGLIA CHRISTO ET ECCLESIAE VE RI TAS

Harvard College Library.

FROM

THE LIBRARY OF

PROFESSOR E. W. GURNEY,

(Class of 1852).

Received 29 June, 1891.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Class 5988

SYLLOGE
INSCRIPTIONUM LATINARUM

AEVI ROMANAE REI PUBLICAE

USQUE AD C. IULIUM CAESAREM

PLENISSIMA

EDIDIT

RAPHAEL GARRUCCIUS

AUGUSTAE TAURINORUM

EX R. OFFICINA I. B. PARAVIAE ET SOC.

M DCCC LXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SYLLOGE
INSCRIPTIONUM LATINARUM

AEVI ROMANAE REI PUBLICAE

USQUE AD C. IULIUM CAESAREM

PLENISSIMA

EDIDIT

RAPHAEL GARRUCCIUS

AUGUSTAE TAURINORUM

EX R. OFFICINA I. B. PARAVIAE ET SOC.

M DCCC LXXVII.

Digitized by Google

~~12255.18~~
class 5988.77

740-21

Harvard College Library,
29 June 1891.
From the Library of
Prof. E. W. GURNEY.

PROPRIETÀ LETTERARIA

Digitized by Google

PRAEFATIO

Olim cum de palaeographia et orthographia veterum latinorum in Academia romana quaedam in Ritschelii canones de ea re nuper editos disseruissem, comprobassentque qui aderant socii doctissimi, eorum voluntate et suffragio factum est, ut de conficienda Sylloge inscriptionum cogitarem, quam grammaticis instructam prolegomenis ederem in lucem in eorum commodum praesertim qui librorum idoneorum inopia ab his studiis arcebantur.

Itaque si qui erunt qui hoc opere uti volent, eos scire necesse est latinam rem epigraphicam modo in duas partes esse divisam, quarum altera ea tempora complectitur, quae sunt rei publicae, altera quae imperii: hic vero ego primam tradendam suspicio; alteram alius pluresve aliquando tractabunt.

Prolegomena grammatica, quorum causa opus suscepi statim initio addidi: et quoniam inscriptiones nonnullae antiquissimis versibus saturniis constant, disserui de legibus, quibus olim vetustissimi in hoc carminum genere usi sunt. De litterarum properatarum natura et formis etiam tractandum suscepi, propterea quia inscriptiones afferendae quaedam erant graphio scriptae litterisque eius generis quas *cursivas* vulgo dicimus.

Digitized by Google

Materiam operis ita generatim partitus sum, ut numismaticam a reliquis inscriptionibus seiungerem. Nolui, ut ante factum est, nummorum litteraturam atque orthographiam cum omnium generum titulis permiscere. Utitur enim numismatica legibus suis, suas habet litteras singulares, nexus suos, symbola praeterea, sigilla, anaglypha, quibus passim tituli carent.

Pars igitur prima est numismatica; secundo loco est pars epigraphica. Nummorum typos emendavi passim auxique novis ex museis publicis privatisque, mea etiam singulari horum copia; idque me consecutum confido ut nemo in hac parte prodierit instructior. Nummorum familiarum, quorum descriptiones in opere mommseniano, inscriptiones etiam in ritscheliano omissae, editionem hic habes ad blacasianam distributam, tamen permutatis nonnullis quantum ex ricciano thesauro a me descripto intelligere datum est.

In titulis quibus res epigraphica continetur non fuit minor cura adhibenda et fides ut plena eorum copia esset, et emendata, quod ego quidem praestiti, longis per plures annos itineribus per Italiam exterasque regiones iam peractis, plurima titulorum parte descripta. Latinas opes auxi adiectis iis quorum dialectus si minus litteratura, esset latina.

In titulorum distributione tres praesertim classes institui, quarum prima est eorum, qui propter grammaticas rationes saeculum rei publicae septimum non excedunt, eos vero qui saeculum septimum produnt in tertiam classem conieci. Mediam obtinent classem tituli aetatis certae.

Adolescentes hic, quorum praecipue commodis inservio, monendos censeo, ne titulos qui tertio loco afferuntur omnes necessario putent intra saeculi septimi fines esse concludendos: nec enim definiri identidem potest extrema rei publicae, tempora attingant, an ad medium fere saeculum octavum excurrant, quando eadem formularum severitas et orthographia extra urbem praesertim servata apparet. Itaque ea de causa quaedam ad speciem adduxi exempla quae imprudentes monerent. In summa non lege aliqua lata factum est, at consuetudine ut vetustas paulatim obliteraretur in scribendo a pluribus.

Digitized by Google

Quaeres nunc quibus ego singulas inscriptiones instruxerim copiis. Tria mihi erant curanda, primum ut nihil deesset eorum quae a doctis viris illita chartis reperissem, tum si quid novi mihi esset adducerem, tertio emendationum rationes darem.

Itaque cum collectionem mommsenianam secutus sim, falsis omissis, iisque, quae ad rem non facerent, iudicavi me omnibus satis facturum si post numerum meum adderem parenthesi inclusum numerum mommsenianum, rithschelianas etiam tabulas citavi quibus titulorum ille vir doctus imagines repraesentavit. Nam quaedam quae illo in opere non sunt effictae, duabus tabulis ego delineanda curavi. Syllogen non necessariis citationibus earumque διακρίσει obruere nolui.

Opus tentavi novum in quo praeter nexus litterarum etiam forma exprimeretur; in quo si minus assecutus sum quam speraram id rei difficultati non meae voluntati tribuas rogo. Novas inscriptiones quae prodierunt his proximis quinque annis, ex quo incepta editio est in fine addendas curavi: item errores qui irrepserunt ut potui emendavi. Meminisse etiam oportet me absentem ex aedibus meis exturbatum, omnique pene ope librorum destitutum, fuisse coactum nonnunquam perferre quae aliter non tulissem.

Indices paraveram quot huic operi necessarios novi. Ex his vero quinque tantum ut ederem benevolentia editorum impetravi. Haec in mente habeas velim ne imprudens aurem malevolis praebeas, qui obtrectaturi erunt: tu vero meis laboribus libenter fruaris, vale.

Romae, XVIII kal. iul. MDCCCLXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA GRAMMATICA

IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

PALAEOGRAPHICAM ET ORTHOGRAPHICAM

Digitized by Google

Digitized by Google

PARS I.

QUAE EST PALAEOGRAPHICA.

CAP. I.

De origine alphabeti latini.

Priscos olim latinos elementa scribendi a Graecis accepisse et plures tradiderunt, et re ipsa manifestatur. At qua id aetate primum fecerint arbitror adhuc quaeri; tamen ut certum et exploratum tenemus, id post Olympiadum exortum necessario accidisse; nec enim antea in Italia Graeci sedem collocaverunt, aut Latini unquam in Graeciam navigaverunt ut graecam scripturam in Italiam importarent.

Deinde quaeri solet, ex qua potissimum Helladis gente Latini hauserint litteras: neque dubium esse potest, quin ab Chalcidensibus conterminis, qui Cumas in Campania condiderunt. Namque cum totius graecae litteraturae fontes illa quatuor alphabeta sint, Dorum scilicet et Aeolensium, Atticorum et Ionum, ex quibus emanarint alphabeta Achaeorum, Boeotorum, Chalcidensium ceterorumque, illi profecto litteras priscis Latinis tradidisse dicendi sunt, quorum reipsa alphabeticae formae magis ad antiquissimam Latinorum scripturam accedunt. Sunt vero Cumani Chalcidenses; idque constat ex eorum nummis et titulis, tum ex alphabeto quod campanae et siculae Chalcidensium coloniae adhibuerunt. Hos igitur recte dicemus priscis Latii populis alphabetum intulisse.

Cuma colonia Chalcidensium antiquissima fuit; cuius origines quamvis fabulosae putentur, eaque de causa reiiciantur, de urbe tamen constat, quod nobis abunde facit satis, eam iam conditam ante Olympiadem XIII, quo tempore urbem traditur Zanclen in Sicilia coloniam fundasse (Thucid. VI, 4). Cumanae inscriptiones sunt primo quae leguntur in nummis, deinde quae olim repertae, tum in aeneo vase insculptae (Corp. inscr. gr. I, p. 48), tum in lecytho cretaceo graphio notatae (Bull. arch. neap. I, 20), et ab Avellinio editae (Bull. arch. neap. VI, tav. d'agg.). His accesserunt nuperi duo tituli in stelis ex topho, quos vulgavit Minervinius (tab. V), cumque his imminutam epigraphen graphio notatam in vase cretaceo. Inscriptionibus cumanis addantur oportet quae in nummis coloniarum Chalcidensium in Italia et Sicilia habentur: hae vero sunt Neapolis, Regium, Zancle, Messana, Naxium, Leontium,

Digitized by Google

Himera, quibus ex monumentis alphabetum illud Chalcidensium colligitur, quod priscis Latinis traditum dixi. Latinorum quae verosimiliter vetustissima indicantur quarto et quinto reipublicae saeculo continentur; neque enim altius repetere est. Sunt vero aeris gravis nummi flati ante annum u. c. 485. Est etiam lamina aenea utrinque scripta (n. 547 *a*, *b*); sunt et tituli aliquot praenestini, et inscriptiones in aeneis cistis, in speculis, in nummis incisae, et aliunde aliae nonnullae his aetate proximae, vel aequales, quibus collatis cum Graecis, luculenter apparet quod anquirimus, elementa latini alphabeti Chalcidensium litteraturae respondere, indeque olim esse derivata.

CAP. II.

De forma litterarum vetustissima et numero.

Litterae igitur quae ex numeratis monumentis colliguntur hae fere sunt, quae qua forma apparuerunt, quove primum tempore immutatae sunt hoc loco docebitur.

A. Habet hac forma fragmentum aeneae laminae, estque in asse aeris gravis cum epigraphe ROMA, occurritque in cumana stela Democharidis. Inde nata parallela media linea ad basim demissa A fere ut in phoeniciis ex ⊀ angulo diducto ⋠. Alteram formam A, linea transversa, adhibent eiusdem aetatis nummi cumani, et lecythus item cumanus, fragmentum laminae aeneae, nummi Naxiorum et Zancles.

B. Lamina aenea *a* imminutam dat, integram aes grave Lucerinorum, et stelae praenestinae: ex graecis Chalcidensium monumentis unicum exemplum habemus in stela cumana Critobulae. Utrobique inferioris lunulae pars prominula est.

C. Hac forma invenitur; angulata etiam <, quod tamen maioris aetatis indicium non est. Latini utuntur pro Γ et K Graecorum; item pro KH afflato Atticorum, sive Dorum ↓ ubique. Exempla sunt pro Γ, ACMEMENO, VVORCOS, ANCAR; pro K, ΠOVOCES, AMVCES, AMVCOS, AISCVAPI, ΠIVONICOS, PAINSSCOS, HERCVES, CASTOR, CASENTER; pro KH sive ↓, CREISITA, CRISIDA, ACIVES: nec aliter unquam. Itaque mire prolatum a Mommsenio Latinos littera K carere non potuisse, cum contra videamus nec in Graecis quidem transferendis eos ea usos fere unquam fuisse. Quid? cum oppicta virgula C a G discriminaverunt? nonne id fecisse perspicuum est ut pro Graecorum gamma hac nova littera uterentur, C pro K et ↓ maneret? Itaque ad morem Graecorum fecisse videtur qui KERI ΠOCOVOM scripsit, quod unicum eiusmodi exemplum affertur, nec forte ante saeculum sextum.

De nummo cum epigraphe KORANO descripto a Riccio nihil moror; obstat enim praeter rem insolitam et cumanum typum didrachma eiusdem

Digitized by Google

urbis in museo parisiensi in quo legi et ipse post alios perspicue scriptum CORANO; neque hi bilingues, ut canusini, quorum in nummis ut CA ita KA saeculi sexti initio invenimus scriptum. Ceterum quamvis vera essent quae traduntur de K Coranorum, nunquam ex hoc fere unico exemplo potest deduci quod nostram sententiam diruat.

D. Exili et oblonga forma occurrit in lamina aenea, itemque in nummis Zanclaeis, et in stele cumana Democharidis: paulo serius pingitur ampliore lunula.

E, E. In latinis exemplis linea verticalis aliquando progreditur supra vel infra, quod etiam occurrit in lecytho cumano: tres lineae iacentes obliquae nonnunquam effinguntur. Alteram litterae huius formam quae lineis constat duabus et verticalibus et parallelis || Graeci ignorant, videturque in latinum alphabetum irrepsisse ex scriptura italica.

F. Lineae duae iacentes nonnumquam obliquae et ipsae effinguntur ꟻ: semel retrogradae ut in cistula praenestina ꟻERCVES. Inferior linea plerumque mediam verticalem attingit F; at aliquando oritur circa tertiam verticalis partem F, vel infra pingitur fere ut digamma Etruscorum campanorum F; sic in cista praenestina FEFENA, in speculo item praenestino FASIA, FATA. Lineis verticalibus duabus haec etiam littera pingitur ꟻ, quae ex veteri quodam alphabeto manare videtur, quod italicum dixerim.

Ꞡ, C, G. Tribus his modis pingi solet littera *g*, quae Graecorum gamma aequat pronuntiatione. Appictae virgulae qua a C distinguitur auctorem ignoramus; nam Schneiderum (Gr. lat. l. 176) eiusque asseclam Osannum (ad Cic. de Rep. pag. 428) aliosque qui Sp. Carvilium circa a. u. c. 520 cum grammaticis veteribus huius novi elementi auctorem fecere, dudum docui errasse, allato Signinorum nummo in quo modo SEIꞠ, modo SEIC scriptum apparet. Constat igitur duplici modo Signinos hoc elementum initio pinxisse. Secundum quod post Signinorum exemplum citare possum est GNAIVOD in elogio L. Scipionis Barbati pertinente ad saeculum sextum. Haec fortasse vetustior est forma, qua *g* nonnunquam effingunt Praenestini; nam virgula quam Signini extremis lunulae cornibus veluti suspensam pingunt accipit in his formam sicilici Ꞡ. Invenio Faliscos haec duo elementa *c g* permiscuisse in lamina aenea, quam hic editam habes n. 557; in ea enim scribunt GONFEGIVM VOFGANI, GONDECORANT, COMVIVIA.

H. Est Graecorum Chalcidensium propria, item Atticorum: Dores italiotae integra primum H, deinde post receptum, ut arbitror, alphabetum ionicum dimidiata usi sunt ꟻ, idque videre est in nummis Heracleensium ꟻHPAKAꟻIΩN, quod antea HEραχλείον. Latini, qui consonantes nunquam hac aetate aspirant, hoc tamen elemento utuntur ante vocales initio vocum, permutantque aliquando cum digamma in Felena, Fasia, Fata; quod proprium fuisse quorumdam Sabinorum veteres grammatici dixerunt, qui *haba* pro *faba* pronuntiarent.

Digitized by Google

I. Forma iotae recta fuit ut Chalcidensium ita Latinorum propria. Achaei contra et prisci Corinthii iota utuntur angulato ϟ, ⅃, vel sinuoso ʔ quod ad phoenicium elementum prope accedit, nec nisi serius iota rectum adhibuerunt, ut patet ex nummis Cauloniatarum in Italia, qui cusi sunt typis in antica et postica exstantibus, in quibus angulatum pingunt ante ionicam litteraturam receptam KAVΛONIATAM, postea recto utuntur KAVΛΩNIATAΣ: utramque formam miscent Posidoniatae in nummo argenteo ferente nomen fluminis Silari, in cuius antica legimus ΣƎMOΠ, in postica vero IƎMOΠ, ΛVIƎM.

K. Prisca aetas, ut probavi, a Graecorum kappa abstinuit, itaque ea carent Falisci, et modo C, modo Q eius loco usurpavit. Singulare est KERI ut dixi supra, nec forte a latino homine, nec nomine profectum. Nam in carmine Saliari apud Varronem (de L.L. VII, 26) DVONVS CERVS ES non KERVS legimus (1).

Eam denique litteram Latini recepisse videntur cum usus invaluit nominum signandorum per siglas, et hoc oportuit elemento *Kaisones* qui praenominabantur a Caiis distinguere, quod nec vellent assumpta altera littera sive vocali ut in Ti. pro Tiberio, sive semivocali ut in Cn. pro Cnaeo. Sero invaluisse videtur doctrina quae iuberet scribere potius kappa quam C ante vocalem *a*, cuius tamen pauca exempla invenimus, eaque saeculi septimi, qualia sunt IVDIK in titulo Scipionis hispani, K pro kardine in cippo Gracchano, KASTORVS, KAΠVAE in lapide puteolano, medio fere hoc saeculo, qua tamen aetate constanter adhibetur kappa in KAL. Itaque in nummis familiarum legimus ante a. u. c. 680, KALENI in vasculis sancaesarianis, L · KAILI, KAL ·, INTERKAL.

Promiscui moris exemplum habemus in nummis Canusinorum romano typo, in quibus modo KΛ, modo CΛ scriptum reperimus.

⅄, V. Haec est vetustissima forma ut a Chalcidensibus, ita a Latinis usurpata, cum Achaeorum propria et Ionum esset inversa Λ. Argivis placuit ⅄ eminente apice, quae forma etiam a Latinis et Faliscis adeo recepta est ut forma cursiva ⅄ inde emanarit; itemque L quadratum quo utuntur Neapolitani in nummo a me edito (Bull. arch. neap. an. I, tab. IV), ΝΕΟΠΟLITES, et Malienses MALIEΣ, de quo postea dicam.

M. Hac unice forma vel hac M brevioribus mediis lineis, utramque vero cruribus divaricatis, Latini scribunt ut Cumani. Formam huius elementi quae constat quinque lineis W, quamque etiam habet vas aeneum cumanum, ea de causa Latini receperunt, ut siglam exprimerent praenominis, W(anium) hac ratione a M(arco) distinguentes, ut K(aisonem) a C(aio). Habes titulum praenestinum W · FABRICI · K · F · qui utriusque siglae exemplum praebet.

(1) Lectio corrupta in cod. florentino DVOMISCERVSES, quam tentavit Mullerus *duonas Cerusis*. Codd. Goth. Haunien. duo Paris. et Ambrosianus praebent *duonus ceruses*.

Digitized by Google

Graecam consuetudinem pingendi posteriores quatuor lineas priore breviores ⋈ Latini non usurpant.

N. Huius litterae obliquae sunt lineae, et ad basim demissae, contra ac prisci Graeci solent, qui postremas duas priore pingunt breviores ⋈, Eleorum lamina excepta.

O, ◊. Parem modulo caeteris litteris, vel contractiore forma, O, o pingunt Latini et Graeci. Hiantem infra O, ◊ dant stela Ovii praenestina, speculum praenestinum unum, strigilis una, cistae duae, Ovii artificis aerarii Medusa, pauca alia, itemque nummi ex Suessanis, Calenis, Aeserninis, Aquinatibus, in quibus hians forma nonnunquam, angulata saepius occurrit, quam in lapidibus.

Π, Π, P. Tres sunt vetustissimae formae huius litterae, sed prima et tertia rarius adhibitae; secunda qua angulus dexter curvatur in lunulam infra hiantem est communis; primum et secundum *pe* apertum dicere solemus, tertium clausum. Graecae formae huius elementi primum *pe* tantum accedit quod est angulis plane rectis, quae forma quamvis reliquis vetustior, si originem alphabeti spectas, necessario sit habenda, raro tamen invenitur, nec fere nisi in titulis aere incisis, aut properante manu marmori, ebori insculptis. Qui hoc argumento vetustatis uti vult ad titulorum antiquiorem aetatem probandam, non recte facit. In basi subiecta pedibus Deorum Penatium se legisse DENAS affirmat Alicarnasseus Dionysius (Ant. Rom., L. 1, c. 68) eoque vocabulo *Penates* putat significatos, posito nempe ab antiquis Latinis D pro P, cum elementum *pe* nondum esset repertum: *Δοκεῖ γάρ μοι τοῦ π μήπω γράμματος εὑρημένου τῷ δέλτα δηλοῦν τὴν ἐκείνου δύναμιν τοὺς παλαίους.* Haec absurda. Potuit tamen fieri errore fabrili ut DENAS pro PENAS scriberetur sicut in speculo praenestino CVDIDO pro CVPIDO. Nec tamen definiri potest quid illo vocabulo significatum sit, cum constet non potuisse hac aetate *Penas* grammatice scribi pro *Penates*. Auderem dicere Alicarnasseum ibi invenisse DEIVAS, obruta aut ab eo neglecta altera voce e. g. CASMENAS, nam duae colebantur a veteribus. Sic legimus DEIVAS CORNISCAS hoc est Deivais Corniscais in columna Romae dedicata cornicibus. Facile vero IV cum N potuit confundi propter affinitatem linearum contiguarum.

Ϙ, Ϙ, ⊖. Fuit haec littera Dorum, et Chalcidensium propria: Attici et Iones abstinent. In titulis Latinorum ea quae primo loco ponitur cum circulo pleno lineae verticali superimposito ter occurrit. Secundam formam servant aliquot stelae praenestinae, speculum item praenestinum, nummus aquinas. Tertia est communis. Raro apex appingitur medio lateri dextero ⊖, cum soleat oblique aptari inferius, et pene ad circuli basim Q. Hoc elemento Latini utuntur, ut dixi, etiam pro K Graecorum et C Latinorum.

R, R, R, R, R. His quinque modis variatur littera *r* in antiquissimis quibusque titulis Latinorum. Omitto properatas et rudes formas veluti in

Digitized by Google

columna viae ostiensis ꟼ, ꟼ; in cistula praenestina ꟼ, ꟼ; in ara Cleonis ꟼ. Appicti apicis origo facile demonstratur collatione titulorum Chalcidensium. Ex epigraphe cumana graphio exarata edidit Minervinius formam ῥῶ plane singularem: ea constat ex communi retrograda ꟼ cui apex infra aptatur in hunc modum ꟼ. Pari ratione effictam habemus in epigraphe thebana a Rangabé edita ΠΥΡΟ ΑΡΥΟΝΤ (Πύῤῥου Ἄρχοντος). Additus igitur est apex ut melius ῥῶ a δέλτα, quae eo fere modo pingi solebat, distingueretur. Nomen Cassandrae sic dorica litteratura bis legi in patera etrusca graphio notatum KΒMANDΔA, KΒMANΔDA, in quo tam leve discrimen est inter illa duo elementa, ut evidenter appareat quae fuerit olim causa apicis addendi. Et hic quidem apex duplici modo est appictus: aut enim lunulam infra hiantem ductu repando aliquantulum producitur, aut ita aptatur verticali ut modo iaceat, modo oblique excurrat.

S, ꟼ. Stela Democharidis et Tataeae lecythus et nummi Regini formam angulatam praebent, sinuosam vero tum ipsi nummi Regini, tum Latinorum aes librale aliaque monumenta: item et promiscue modo ad dextram S ꟼ, modo ad sinistram ꟼ ꟼ conversam. Falisci qui scribunt retrogrado more etrusco, *s* tamen adhibent fere ubique respicientem ad dextram ꟼ uti Messaniorum nummi ex dextra in sinistram vertunt, scribuntque MEꟼꟼENION.

T. Linea transversa superimposita verticali brevior in priscis, productior in recentioribus est. Aliquando etiam non iacet, sed fastigiata effingitur in hunc modum ꟼ, ut in lamina aenea illa. In lecytho cumano quamvis retrogrado scripto obliquatur ad dextram, ꟼ. Paulum infra rectam lineam transversam descendentem ꟼ, vel dimidiatam, qualem exhibent Etrusci ꟼ, et qui ab Etruscis pendent Falisci, et Capenates. ꟼ in Graecis et Latinis vetustissimis exemplo caret idoneo. Monumenta phaenicia a Canaanitide et Assiria modo decussatam X modo transversam in summa verticali ꟼ oblique, recteve + commissam constanter repraesentant. Ultimam hanc formam invenio in ME+IO speculi praenestini tam singulari exemplo quam certo.

V, ꟼ, ꟼ. Litteram hanc sive vocalem, sive consonantem his tribus formis pingunt Latini vetustissimi, qui a Graecis acceperunt, iique a Phoeniciis, apud quos in Regis Mesae stela virgulam habet subiectam ꟼ. ꟼ. ꟼ, quam antiquissimi Theraei et Iones retinuerunt, at Dores et Chalcidenses reciderunt. Effingitur autem a Latinis ita ut altera utra linea obliquior sit, quo etiam modo *l* repraesentare solent ꟼ, ꟼ: quare minus periti aliquando legunt *l* pro *v* et contra: in quo antiqui sculptores etiam interdum errarunt qui ad parem altitudinem assurgentem lineam utramque fecerunt: inde in nummis Posidoniae legimus ΛVIƎM, nempe Σεῖλα, in cista praenestina ƎERCVES, ΛCIVES.

Z. Huius litterae antiquissimum exemplum omnino nullum dant Ritschelius et Mommsenius in corpore inscriptionum latinarum antiquissimarum. Propterea quod Cozanorum nummum Mommsenius errore putat fabrili inscriptum

Digitized by Google

COZANO pro ROMANO, quia passim inveniuntur, ait, simillimi romani cum inscriptione corrupta. Idque confirmat auctoritate Ritschelii qui p. 12, n. 40 scripsit Avellinium nostrum iampridem huic causae indicandae nummum adhibuisse inscriptum ROMANO (Museo Borbonico, vol. III, tav. XVI). Sed Ritschelius Mommsenium in ruinam secum traxit. Avellinius ibi nullum aspersit dubium in nummum Cosanorum, quem nec eo loco edidit, nec citavit. Alibi, nempe in notis ad Catalogum Carellianum, ubi agit Carellius de nummis Cosanorum, Avellinius nihil mutit contra veritatem lectionis, immo confirmat, affirmans Carellium male repraesentasse quasi imminutam epigraphen COZA ... cum eo loci sit integra.

Deinde agens de altero nummo catalogi Carelliani docet male Carellium legisse COZANO cum ibi sit legendum ROMANO. Quo dicto, Avellinius nec voluit nec potuit, ne sibi contradiceret, revocare in dubium monetam Cosanorum; sed id tantum statuit, veram lectionem illius nummi sibi esse ROMANO, non ut Carellius dedit COZANO. Nec argumentum quod a corruptis nummis cum epigraphe ROMANO promit Mommsenius bene procedit. Illa enim corruptio cadit in ultimam syllabam, et in nummis quos barbari imitati sunt, ubi inscriptiones leguntur hae similesque ROMΛΛOC, ROMΛΛC, et retrograda scriptura ƆOMAOЯ, quibus nihil commune est cum epigraphe COZANO. Ceterum de Cosanorum vel Cozanorum nummis inferius erit agendi locus. Nunc satis est produxisse exemplum vetustissimum litterae Z, atque hactenus unicum, iuvabitque in mentem revocare simili modo olim litterae *g* unicum forte exemplum saeculo quinto protulisse me e Signinis nummis, quo Schneiderum et Osannum cum Grammaticis veteribus deieci.

Huius nummi Cosanorum hactenus duo typi innotuerunt alterum cum capite Minervae et in postica protome equi, alterum cum capite Martis, et in postica protome equi cui delphinus appictus est. Epigraphe etiam in typo quem posui primo loco in antica est COZA, et in postica COZANO; in typo altero tantum in postica OИΛƧOƆ, COSANO.

Est vero censendum Cozanos se Cosanos appellitasse fortasse fuga soni asperioris.

+ X. Latino alphabeto vetustissimo littera haec non defuit, eaque usi sunt in graecis nominibus AIAX, AΛI+ENTROS, DO+A, et in latinis SE+TO, SE+TIO, MA+OMO, V+OR. Formam simillimam Chalcidensium servant nummi Naxiorum, et laminae plumbeae Styrenses quas edidit nuper Fr. Lenormantius.

De litteris supra ceterarum modum eminentibus.

Litterae initiales quae appellantur nonnunquam ceterarum modulum excedunt, idque in quibusdam nummis notavi. Est victoriatus typis vetustis apud

Digitized by Google

me inscriptus ROMA: in lamina Pauli Aemilii sic eminet i in voce INPEIRATOR: diceres hoc honoris causa factum ut aliquando integer versus in inscriptionibus maiorem habeat modum. Sic Mummius in epigraphe Herculi victori dedicata HERCVLIS VICTORIS forma ceteris maiore scripsit, et aera leges insculptas ferentia titulum, vel partem eius, in versu primo scriptum grandioribus litteris effictum praebent. Ceterum moneo ne quem fallat litterarum aliquarum supereminens status ut e. g. T saepe fingitur vel spatii defectu, vel calligraphiae studio. Spatii defectum puta in DVCT inscriptionis L. Mummii Achaici, ATO in nummo Q. Antonii Balbi. Studium calligraphiae agnosce in monumento M. Vergilii Eurysacis aetatis fere augusteae.

CAP. III.

De variatis *a*, *l*, *p*, *u*, formis earumque ratione.

Litteratura latina constitit initio iis litteris, quas supra exposui: sed quaedam earum formae tempore obsoleverunt, aliaeque novae inductae, de quarum aetate dicendum est. Moneo me de veris formis hic sermonem instituere, non de vitiatis, artificum oscitantia aut ingenio, in quibus duco, quae aliquo ductu imminutae inveniuntur, ut b pro B ita pictum in epigraphe municipii ferentinatis addita substructionibus; ⊢ pro E in epigraphe marsica, Γ pro T vel pro F plus semel, Λ pro A quae recte erroribus fabrilibus accensebis, ut O pro D in scitu pagi Herculanei, ut O pro Q, R pro B, D pro P, vel P pro D alibi. Item lineae abundantes ut in titulo Caeretano ⊾, sive ⊾, seu L pingere voluit artifex, ⊾ in titulo Beneventano, ubi olim non debui suspicari duplex *l* latere; id enim quo pacto fiat nunc intelligitur ex alio titulo item Beneventano in quo addita apparet linea iacens ⊢ non obliqua. Revoco in mentem quod olim notavi, lineas a quadratariis omissas potuisse exprimi minio; tum in more fuisse ut quae lineae abundarent mortario opplerentur, nonnunquam etiam scalpro delerentur, ut factum est in titulo Popilliano, ubi olim docui aliquot numeros millium passuum fuisse sublatos.

Praeter alphabetum quod dicere possumus quadratum, aliud fuit in quo, quia lineae elementorum aliquot solutae scribuntur, olim alphabetum *lineare* appellavi. Haec igitur linearia elementa nonnunquam permixta cernuntur quadratis, ut ⊾ pro ⊾ in vase sancaesariensi, ⊾⊾ in titulo casinate, F pro F in vasculo Capenae veteris, et in titulo agri aquinatis, quem in pago Roccasecca dicto exscripsi; quae omnia et similia sic explicanda esse monemur collatis formis alphabeti, quod cursivum dicimus, quia cursim et properante manu scriptum, in quo lineae curvae cum pene rectis commutantur, apices lineis succedunt, de quibus dicam postea. Nunc de quatuor litteris *a*, *l*, *p*, *u*, earumque ratione dicendum.

Littera A obliqua linea interiore apta lateri modo sinistro A, modo dextro A

Digitized by Google

toto saeculo quinto usurpata est, unde et ei nomen inhaesit antiquissimae, quamvis eadem aetate A transversa linea scriberetur passim ab omnibus. Mansit autem Λ in nummis Romanorum usque ad dimidium saeculum sextum praesertim in nomine ROMΛ ob consuetudinem inductam. Namque ab anno 537 ad 550 promiscue adeo usurpatur in nummis familiarum, ut exempla quatuordecim sint litterae A, viginti vero alterius formae Λ. Ab ea vero aetate 550 ad 600, viginti quinque sint A, sex Λ occurrant: deinceps vero A constans, alterius Λ nullum exemplum nummi familiarum praebeant in hoc urbis nomine inscribendo. Cum vero Λ in nominibus monetariorum romanorum signandis nusquam appareat, itemque toto etiam saeculo sexto in urbanis monumentis non usurpetur, inde posse deduci arbitror formam Λ ex italicarum gentium consuetudine in romanum alphabetum receptam initio, paullatim deiectam et obliteratam, mansisse demum in properatis formis quas cursivas dicimus. Latini in nummis qui saeculum sextum non excedunt fere promiscue usurpant utramque formam; itaque litterae A colliguntur exempla viginti duo, at alterius Λ quatuordecim. Coloniae vero inferi maris non noverunt nisi A. In Apulia usum frequentiorem litterae Λ nummi praebent: qui mihi innotuerunt habent A non amplius quater, Λ vero novies usurpatum vidi.

Aliis in monumentis, quae antiquiora esse in comperto est, haec notanda duxi. Praenestini in inscriptionibus et in stelis A ea usurpant constantia, ut ingenti in earum numero (nam ad 172 hodie sunt) decem et octo tantum praebeant formam Λ. Paestani coloni, Valentini, Copienses in nummis unicam A adhibent. Aera Praenestinorum aliarumque latinarum civitatum, inscriptiones vasculorum Capenatium graphio incisae, aliorum populorum pictae, Λ fere constanter praebent, tum stelae pisaurenses, tegulaeque faliscae cum monumentis, quae dialecto sive latina sive sabina marsaque conceptae sunt, ita consentiunt, ut non absurde formam hanc Λ italicam, A, quam romanam ostendi, latinam aeque dicere possis.

Forma, quae graeca dici solet, Λ, transversam lineam habens in angulum fractam, apparet in latino alphabeto ante bellum punicum primum, nec diu manet, de qua dixi nuper in diss. *Sui canoni-Ritscheliani.* Eius exempla ante medium saeculum sextum quinque omnino innotuerunt in nummis romanis, unum in latinis, postea usque ad annum 600 tria tantum novimus, deinceps sparsa apparent et rarissima, ut in nummo L. Caesi Λ.

De litterae *l* veteri palaeographia his postremis temporibus quaestio agitata est inter me et Germanos quosdam. Meae sententiae haec summa est. Priscis Latinis, ut supra dixi, haec littera acuto angulo effingebatur; paulatim deinde ventum est ad formam quadratam per quosdam veluti gradus. Tres itaque species sunt huius litterae de quarum aetate quaeritur. Prima illa est, quae acuta dicitur, cuius inferior linea non acclivior est fere gradu 45″ D 45″; secunda cuius inclinatio attingit saltem gradum 22″ ⊿; tertia, quam qua-

Digitized by Google

dratam dicimus, cuius inferior linea fere aut omnino iacens L habet speciem anguli recti L; nonnunquam vero angulum pene obtusum praebet Q, ut in quincunce Larinatium, et alibi, de qua tamen hic quaestio non erit, cum negligentiae potius artificum tribuenda videatur. Est et aliquando linea haec iacens non recta, sed nonnihil repanda L, quam formam ad calligraphicum studium arbitror pertinere. His itaque postremis formis sepositis, ad tres priores redeo, de quarum initiis et usu Ritschelius primus haec statuit: L acutam toto saeculo quinto perdurasse et sexto cum L mediam speciem habente; putabat enim hanc mediam speciem extare in sarcophago Barbati; at cum didicisset ibi mediam speciem L extare nullam, canonem mutavit, docuitque *l* mediam hanc speciem habentem primum apparere saeculo septimo in titulo Mummiano a. u. c. 608, eaque aetate fuisse inductam. Tempore dein adhuc doctior factus quievit in hac sententia quam recentissimam proposuit: nullum iam esse discrimen inter has duas formas quae essent saeculo quinto et sexto adhibitae; quadratae L vero exordia esse quaerenda inter ipsius saeculi sexti postremos annos 570-580. Quae Mommsenius de aetate harum formarum aliquando pronuntiavit nescissem, nisi me docuisset Roulezius, qui citavit in Annalibus Instituti, vol. XXXII (1859), pag. 142. Ait nempe quadratam formam primum apparere initio saeculi septimi in titulo Mummiano, et a. 637 in Minuciorum sententia. Hic erat huius doctrinae aspectus, hi Germanorum istorum canones; quibus cum monumenta opposuissem quae docebant L quadratam ipso saeculo sexto usurpatam, imo eo incipiente, Mommsenius paullum a sententia recessit (Bull. Instit. 1860, pag. 205, nota, Rhein. Mus. n. f. IX, 461), nec tamen initia L quadratae retulit ultra medium saeculum sextum. Cum vero recentius de nummis ageret familiarum romanarum, eosque ordine chronologico distribuere suscepisset novo, omnem spem proficiendi ex forma litterae *l* acutae et quadratae propemodum abiecisse se dixit, testatus litterae *l* acutae et quadratae formas extare promiscuas sive in antiquioribus, sive in recentioribus nummis, adeoque accidere ut *l* quadrata sit in vetere nummo, et acuta in recenti: « La forme de l'*l* pointue n'est pas un criterium in» faillible d'ancienneté (Histoire de la monnaie romaine, traduite par le Duc » de Blacas, éditée par le Baron de Witte, vol. II, p. 190) ». Haec ex nummis. Verum si consideremus exempla quae Mommsenius non est persecutus, viderimusque pauca esse et plerumque ex coniectura huic aetati assignata, vel tam continentia saeculo sexto ut eius potius consuetudinis reliquiae dici debeant, vel eius generis quae aliter explicari possint; facile sententiam nostram tuebimur, qua statuimus, *l* acutae ultra initia saeculi septimi exempla esse rara et sparsa, quae est conditio omnis orthographiae et litteraturae, ut praeter morem identidem veteres formae reviviscant. Sed haec opus est ut exemplis excussis pressius demonstrentur. Igitur quae extremum saeculum sextum tangunt ex sententia Mommsenii, nummis continentur periodi secundae,

Digitized by Google

quam ad annum fere 620 excurrentem facit. Quatuor in ea nummi sunt in quibus veteris quidem palaeographiae vestigium est in *l* acuta et promiscue adhibetur in duobus n. 99 C·A FLAC, aliquando C·A FLAC; n. 102 M. Baebi Q. f. TAMPIL, nonnunquam TAMPIL; n. 105 C·PLVTI, n. 114; L H· Tub: hunc vero Hostilium putat qui fuit praetor an. u. c. 612. Ceteri qui sint, quove anno feriendae monetae praefecti fuerint, saeculo ne sexto labente an septimi initio, non definit. Nulla igitur ex ignota aetate argumenti vis esse potest. Videamus nunc quae sit horum exemplorum vis contra doctrinam quam lapidariam placet appellare. Haec vero fere nulla esse videtur; namque cum solutae litterae rectae scribantur, nexae vero modo rectae, modo acutae, satis patere arbitror rem potius ad calligraphiam quam ad palaeographiam esse referendam. Id etiam apparet in tertiae et quartae periodi nummis Man. Acilii, et L. Sullae, qui sic inscribuntur n. 138 M·ACILI BABVS, n. 232 L·SLA. Restant ex periodo secunda exempla tria, quae ab ipsa aetate quae saeculum sextum attingit excusationem habent.

Periodus tertia ab a. 620-640 praebet haec, n. 128 M·PORC LAECA aetate gracchana; n. 124. L·AES GRAG; nn. 134, 144, nonnunquam L·POST AB, M·METELLVS, n. 146 C·SERVEIL quibus postremis duobus *l* modice acuta mediam speciem habet. In periodo quinta ab a. 650 ad 670 sunt n. 222 ITALIA, n. 235 L·CR+, vel L·CRIT. Haec ergo tam pauca sunt quae commode explicari possunt per consuetudinem identidem reviviscentem. Tenendum igitur quod nuper in diss. *Sui canoni Ritscheliani* statui, litteram L quadratam incepisse ineunte saeculo sexto, acutae vero usum cessasse quidem fere eodem saeculo; aliquod tamen eius moris vestigium occurrere in lapidibus, et in nummis saeculi septimi ut et formarum iampridem obsoletarum exempla interdum deprehendimus. *L* mediae formae saeculo sexto usurpata, cum acuta et recta, cessavit fere post saeculum sextum. In latinis Etruriae titulis si quando *l* mediae formae aut acuta servatur, etrusca id consuetudine factum puta.

O infra hians invenitur in titulis antiquissimis et nummis saeculo quinto labente, sextoque incipiente cusis ut sunt Aeserninorum, Aquinatium, Calenorum, Caiatinorum, Suessanorum: tamen in nummis TIANO inscriptis vel COZANO, vel ROMANO, vel PAISTANO hiat nunquam.

Π, Π, P. De tertia forma quae recentior ceteris putabatur egi olim, ostendique adhibitam non raro saeculo ipso quinto. Duas formas priores, quae existimantur cessasse cum saeculo sexto, demonstravi non paucis exemplis iisque vulgaribus, saeculo septimo fuisse usurpatas. Haec adversus Germanos in Annalibus Instituti a. 1860. Postea vero quam Ritschelius distinctionem excogitavit inter *p* angulis rectis constantem, et *p* angulis pictam non plane rectis, quam secundo loco posui, primamque formam instituit docere cessasse circa a. u. c. 620, alteram durasse usque ad Augusti imperii initia, ego etiam ad hoc effugium aditum interclusi, ostendique

Digitized by Google

formam *p* angulis plane rectis saeculo ipso quinto rarius usurpatam, quam quae haberet angulos non plane rectos; nec tamen cessasse circa an. u. c. 620, quae saeculis quinto et sexto nunquam prae aliis esset usurpata, verum saeculo septimo pluries etiam quam solerent formae vetustate reviviscentes adhibitam fuisse, idque exemplis confirmavi ex titulis, ex tesseris, ex epigraphis graphio exaratis: quamobrem licet probe intelligamus quae esse debuerit vetustior forma, tamen videmus nihil confici ad potioris argumentum vetustatis. Tituli Scipionum antiquissimi *p* angulos non plane rectos ubique servant, nisi quid recenti artificio debetur: nummi Paestanorum et Copiensium constantissime *p* angulis plane rectis adhibent saeculis quinto et sexto, nec aliter unquam. Pocula fictilia diis dicata *p* quadratum raro exhibent, *p* secundae formae ut plurimum, vel tertiae formae usurpant. In asse aeris gravis Lucerinorum est *p* formae secundae in ΡVΙΙΟ; in altero asse eiusdem coloniae gravis quidem aeris, sed aliquantum deminuti, *p* est recto angulo in Π · BAB. In nummis Beneventanorum et Suessanorum *Propom* sive *Probom* Π angulis rectis effingitur; at in cista Kircheriana, ΡΙΛVTIΟS, *p* secunda forma scriptum videmus, et in lamina aerea beneventana sic pingitur ΡΟBΙΙCA, et in omnibus titulis faliscis latina aut propria litteratura conscriptis: specula item antiquissima hanc unice servant, itemque vetustissima Tiburtinorum, Tusculanorum, Calenorum monumenta. Stelae Pisaurenses primam et secundam formam usurpant, titulique corani: in pineis praenestinis numeravi Π angulatos decem et octo, lunula hiante Ρ viginti tres, lunula plane clausa Ρ tres. Usum denique promiscuum servant tesserae gladiatoriae saeculi septimi, ut et nummi romani. Hic fuit igitur usus primae et secundae formae qui e monumentis eruitur priscorum latinorum.

Y. Graecam hanc litteram pro qua vetustissimi V scribunt, aliquando etiam I, a Naevio et Livio Andronico receptam posuit Ritschelius emendato Victorini Marii textu, professus non habere quidem se quo id quale fuerit accuratius definiret, sed tamen intellegere fide non esse necessario destitutum. Expeditum eius usum et communem consuetudinem non ante saeculum octavum fuisse (Mon. epigr. tria pag. 25). Nuper vero in priscae latinitatis monumentis pressius agens: litterae Y, ait, usus nullus praeter unum exemplum, tab. LXXVI A, DIONYSIVS, ante exitum saeculi septimi. Haec ille, qui canonem certe collegit ex tabulis suis; nam si monumenta saeculi sexti non ignorasset, quatuor exempla praesto habuisset, atque aetatis quidem certae. Primum enim epigraphe habet a Laodiceensibus dicata Romae anno fere 673, ubi olim lectum AF · LYCO; secundum dedisset eodem anno denarius Sullae, ab eius quaestore Manlio cusus, ubi legimus SYLLA; tertium nummi P. Hypsaei anno 688 cusi, in quibus item legi certum est P · HYPSAEVS, et C YPSAE, quod unice novit Mommsenius (Hist. de la monnaie rom., t. II, p. 190, edit Blac.); quartum praebuisset Lucii Torquati nummus anno 693 cusus, in quo et ego olim legi SIBYLLA, et Cavedonius et Cohen, et

Digitized by Google

Dux de Blacas (V. not. p. 513, ad n. 294, Histoire de la monnaie rom., vol. II, a. 1870) item legerunt in aliis huius nummi exemplis sibi visis; quinque igitur exempla numeramus huius litterae in epigraphis aetate liberae reipublicae insculptis. Nuper vero ad lacum nemorensem quae prodiit inscriptio C. Salluvio Nasoni posita in MYSEI novum exemplum praebuit, vetusque LYCO quod schedis debebamus confirmavit. Y vero in alphabeto latino dudum numeratum declarant nummi familiarum, qui seriem matricum notis alphabeticis distinguunt.

CAP. IV.

De signis numerorum et ponderum.

Signa numerorum Latini prisci videntur vel traditione a maioribus suis accepisse, vel a vicinis Etruscis esse mutuati. Unitates igitur lineis verticalibus, decades decussatis repraesentarunt. Utque quinarium V per dimidiatum denarium X, mea sententia, effinxerunt, sic quinquagenarium per centenarii numerum, qui sic effingitur)|(,)|(ab Etruscis, dimidiata forma ⊥, ↓, ⊥ expresserunt. Constanter enim sic procedunt, ut dimidia pars totius per dimidiatam signi formam significetur. Itaque ex numero millenario CI) (= Φ, Π, Θ, ∞) subducto dimidio quingentum sic scribunt I) (= D, Ð); ex decem millibus CCI)) (= Ⓓ, ⊥, ⊥, ⊥) quinque millia I)) (= Ⓓ), ex centum millibus CCC|))) (= ⊕), quinquaginta millia I))) (= ⊕).

Haec consuetudo utendi subductione magis quam additione apparet manifestissima in notis numerorum decadas intercedentium. Nam quatuor et octo non nisi rarissime accessione linearum IIII, VIII significantur, saepissime vero unitate dempta, quod exprimitur addito numero minore ad sinistram numeri maioris; ita quatuor significatur per quinque unitates una subducta IV; octo et novem per numerum denarium unitate una vel duabus subductis IIX, IX, et similia faciunt in his XIV, XIIX, XXIIX, XLV, II↓ (hoc est 48), ↓IX, XXC (= 80), XC (= 90), VIC (= 94), VC (= 95).

Cum vero decies centum millia volunt significare, hac nota utuntur |X|, in qua tres lineae, quarum una transversa duabus verticalibus superimposita ad modum tigilli seu furcae, vim habeat et potestatem necesse est significandi centum millia, quae decies ducta dant summam decies centenum millium. Quare numerum |XVI| explicabis sexdecies centum millia, h. e. 1,600,000.

Transeo ad signa Latinorum quibus pondera expressere. In ponderibus unitates duae sunt, uncia et libra; partes in quas dividitur libra sunt unciae duodecim; uncia dividitur in duas semuncias, quatuor sicilicos, tres duellas, sex sextulas, duodecim semisextulas, viginti quatuor scrupulos, seu scriptulas. Signum semunciae est graecum sigma varie repraesentatum: in num-

Digitized by Google

mis ᗰ, Ɛ, ⋸, C, ⋸, S. Sicilicus pingitur ut lunula versa ad laevam ☽ vel ut linea recta in angulum fracta ❯; sextula fere ut zeta Z vel sic ↄ. Unciam exprimit circellus plenus ● sive globulus, nonnunquam linea iacens —. Sic interpretaberis notas a Viscontio Ennio Quirino lectas in argentea capsa ♀ XXII - III⋸, hoc est, sunt librae vigintiduo, unciae tres, semis. Unciae sex, quae faciunt librae dimidium, solent hoc signo notari S in nummis, quo signo etiam, sed raro, semis, id est quaevis dimidia pars significatur, ut in dimidio sextertio romano IS (= as, quadrans), in nummis venusinis ● S, idest uncia semis, sive sexuncia; item S, semuncia. Vetustiores nummi alio signo ⋸ semunciam, alio S semissem distinguunt. Hatrienses quibus libra est decem unciarum, semissem quincuncem duplici signo, sed raro notant, nempe signo ⋸ in antica nummi posito, unciis quinque, ●●●●●, in postica.

CAP. V.

De litteris retrogradis.

Non est nobis praetereundum quasdam inveniri litteras in contextu orationis quae retrogradae ab antiquis scriptae sunt; in quibus solemnis est littera ☽, lunulae in modum efficta, vel ❯ lineis duabus rectis ad angulum obtusum iunctis. Hanc olim post auctores veteres siglam dixerunt recentiores qua liberti libertaeve Caiarum, nempe mulierum, quae communi vocabulo *Caiae* appellabantur, dignoscerentur. Nunc collatis monumentis apparuit siglam illam signum esse positum pro nomine patronae. Itaque si qui quaeve mulieris alicuius servus, libertus, liberta esset, vel plene inscribebatur Aemilius, Aemiliae libertus, liberta, vel hac sigla ❯, L, eaque legebatur, mulieris, nempe Aemiliae, lib. Haec quae dixi nuper confirmata sunt titulo Romae reperto, in quo retrograda lunula posita est pro initiali imminuti nominis T · CORNELI - ☽OR · L, nempe Corneliae libert. Singulari exemplo fit aliquando ut litterae ꟻ, ⅃, ꟻ, scribantur pro Puella, Liberta, Filia.

CAP. VI.

De ductibus ligatis seu de nexu litterarum, et eorum scribendorum ratione.

Litteras connectere ausi primi Graeci; inde usus in Romanos promanavit, nec tamen statim: namque ex monumentis quae ad saeculum quintum pertinent, unicum hactenus exemplum praebent Venusini nummi non illi quidem aeris gravis, sed trientarii, ubi legimus ⋸ monogrammate scriptum. Saeculum sextum non usurpat nisi in nummis cusis, ut appareat id potius factum loci angustia. In lapidibus primum exemplum praebent vertices terminorum aetatis Gracchanae, a. u. 624, in ⋸, ⋸T, deinde, angustia spatii,

Digitized by Google

titulus a. u. 648 AL, VES et similes annorum subsequentium. Nexus constant duabus vel tribus litteris, raro quaternis, nec nisi rarissime quinis, hac lege ut lineae verticales obliquas, obliquae suppleant rectas. Itaque syllabam TA indicabit linea transversa superimposita litterae A in hunc modum Ā, itemque alteri utri obliquae lineae litterae V, ordinem enim iugatae passim sequuntur. Itaque V leges TV, V vero VT.

Nexuum exempla sint haec: AB Ab; AX Ax; MA Mat; VR Pur; RA Roma; MP Tamp; VS Faustus; CALS Caldus. Littera *i* indicatur producta aliqua linea supra modulum alterius litterae, e. g. T erit TI; N erit NI; aliquando tamen videtur omissa ut in PONF, PLI, ubi deberet scribi PONF, PLI. In VB et VR est aeque incertum, quod dubium non esset si scriberetur VB et VR; nec enim repugnat antiquae consuetudini ut omittatur vocalis; sic enim legimus SX pro SEX; CNFL pro Cn. Fol., ut opinor (alii Cn. Ful.), collato praesertim CNFOL (Cn. Folv.); quamquam medio saeculo sexto FVLVIVS et FOLVIVS promiscue scriptum sit. Posteaquam per nexus duo nomina coniuncta sunt ut CNFL, vel tria LP, coeptum est addi punctum quo moneretur lector quae litterae ad quod spectarent vocabulum. Sic legi in dolii amiternini sigillo AVP, P. Auf. P.; et in nummo Brundisinorum PL incertum utrum P·L an L·P. Habemus etiam in nummis familiarum PLOMP, L. Pomp et in perpendiculo plumbeo mutinensi C·TAV, C. Ta. N. Hic mos aliquando servatus esse dicendus est extra nexum, si in Q regiensis epigraphes punctum recte vidit Cavedonius (Bull. Instit. 1865, 70), qui legit QBADESI CVARI.

CAP. VII.

De signis ad lectionem iuvandam inventis.

Haec tractatio finitima est extremae capitis superioris, in qua inditum punctum dixi vel adiectum, ut lectores monerentur iugatas illas litteras esse seiungendas, propterea quia duabus vel tribus constarent vocibus. Latini enim soliti sunt verba distinguere non coniugare ut prisci Graeci; distinxerunt autem puncto interposito vel linea transversa. Puncti formae variae ingenio scriptorum inventae sunt ad titulos exornandos. Rotunda • est caeteris antiquior et vulgaris: aliquando se sequens • • • vel sibi superimposita ⁘; triangula ▲, varie iacens ▶ ▼ ▲: rarius invenitur punctum ex quatuor segmentis circelli constans gibbo sibi oppositis in hunc modum ⌘, vel quadrata forma □, ▭. Linea etiam iacente – vocabula dirimuntur. Hac item fines ab initiis versuum distinguuntur in titulo Scipionis Barbati, quod etiam factum relicto maiore intervallo. Pro puncto circellum positum aliquando sunt qui putant, quorum sententiae non subscripserim temere; constat enim antiquos parvulo circello usos pro litera *o*. Cum spatium solito maius relin-

Digitized by Google

quitur vacuum, et punctum additur, id proxime appingitur vocabulo priori. Rarissima est linea iacens inter voces pro punctis; ea enim veteres utuntur potissime ad versus distinguendos si forte rhythmos non versiculorum modo, sed ut continuam orationem scribunt. Puncto Latini dirimunt interdum propositiones in compositis ut ad·versus; sub·legi; ob·venerit; in·perato; pro·posita; vel contra ubi interpungendum est, praepositionem a vocabulo sequente non disiungunt, ut *interram*, *neminus*, *procos*, *duovir* pro *duom·virom* = *duum·virum*. Punctum sine causa interpositum erroribus adnumera ut in lamina aenea falisca inpera·toribus. In fine versuum, nisi quae·siglae sunt, antiquus mos fuit nunquam punctum addere. In fine inscriptionis addidit punctum scriptor tituli Pompeo Magno dicati anno 702.

Antiquis erat in more vocabulorum litteras in fine versus abundantes in alium versum non transferre; quocirca versus inaequales exarant. Tamen aliquot exempla neglectae consuetudinis numeramus: haec sunt: CORNELIV|S, EISDE|M, PR|O · COS, GRAD|V et similia, ut in recenti a me edito lapide viae ostiensis O|PV|S, quod ego propter fabricam, cui illa columna inserta esset, sive sedile ea fuerit, sive quidvis aliud, factum esse mihi persuasi. Ubi locus continens non erat nec placebat transferre, reliquas litteras addebant supra, vel infra versum, et saepius circumducebant, quam consuetudinem Augustum servasse tradidit Svetonius. Circumductio fieri solebat linea obliqua \ vel flexuosa ƨ ad latus apposita, quae nonnunquam infra excurrens, complexu suo contineret. Lineam verticalem crassiorem ▮ nuper monui separandi causa additam in columna viae ostiensis, ut versum lector non continuaret, sed ad alteram paginam sibi esse transeundum moneretur. Fere ut diu post scriptor laminae aereae Ligurum Baebianorum verticalem apposuit lineam ad BAEBIA', litteras abundantes in sequenti versu monens esse quaerendas. In vasculis sancaesarianensibus notantur hac sigla ' nonnunquam voces et litterae subscriptae, quod omissae essent, ut ad medium versum superiorem revocentur.

Cum duo vel plures in magistratu collegae essent nominandi, ne totidem vicibus eorum dignitas repeteretur, quot erant nomina, angulatam ❯ dextra vel sinistra ❮, aut flexuosam lineam insculpserunt, ꞓ quae fines versuum concluderet, extraque dignitatis nomen posuerunt in medio ad singulos magistratus referendum

Digitized by Google

PARS II.

QUAE EST ORTHOGRAPHICA.

CAP. I.

De consonantium duplicatione.

Exposui de priscorum latinorum litteratura, utque arbitror, satis; nunc necesse est aggrediar de orthographia dicere, et primo de consonantium geminatione; nam non geminandi mos fuit vetustissimorum Latinorum. Consuetudinem mutavisse fertur Ennius ut pote graecus graeco eius aetatis more usus (Festus p. 293); sed extant exempla anteriora. Et Ritschelius quidem geminationem repetendam affirmat a Q. Ennii auctoritate et exemplo (in tit. mumm. p. IV); ante eum non esse geminatum, uno aut altero exemplo excepto (in tit. aletrin. p. 4). A Ritschelio longe non discedit Mullerus (ad Festum p. 6, v. anus.), qui confirmari ait a titulis geminationem liquidarum et sibilantis post medium sextum saeculum usurpari esse coeptam, sed ita ut etiam simplices pro geminatis ad septimum usque saeculum medium non raro ponerentur, ut in lege Servilia *adese iouserit*. Exempla quae Ritschelio obversabantur fuere, ut arbitror, HINNAD de quo antea dubitabat, vel potius haud sciebat an non satis fidei haberet (in tit. mumm. l. c.), et forte SEFFI in iscriptione illa, quam mirabilem vocat, pro *Sibei* scriptum. Verum hanc inscriptionem litteratura quidem latina, sed lingua peligna conceptam hodie scimus et merito reiecimus a corpore inscriptionum latinarum. Restat igitur illa vox HINNAD quae consuetudinem Ennianam antecedit, cum titulus positus sit a. u. c. 540. Huic APPIOS addidi nuper in diss. *Sui canoni Ritscheliani*, monens non ex iis Appiis esse, qui saeculo quinto eum magistratum gesserunt, quod incogitanter Mommsenius statuit, sed eum esse arbitratus qui nomen suum fastis adscripsit a. u. c. 542: nam ulterius differre non expedit propter nominis in *os* formam. Hoc saeculo sexto medio antiquior mihi vel prope par est lamina aenea falisca utrinque scripta, cuius ego posteriorem scripturam cum nuper explanassem ostendi, eam ante medium saeculum sextum fuisse exaratam, probabili ratione puto. Anterior itaque versibus Saturniis conscripta in voce SVMMEIS tertium praebet exemplum; neque dubito quin recte his addi possit titulus praenestinus TIRRI·CRABVI·TIR·F, in quo littera *r* geminata litterae *v* acutae consociata est, atque aetatem Ennianam ut praenestini similes plerique omnes antecedit. Incepit igitur esse hic mos ante Ennium, verum in consuetudinem deinde abiit diu post Ennii mortem. Hanc a me dudum propositam sententiam confirmavit tabella aenea

Digitized by Google

Pauli Aemilii in Hispania inventa. Cum enim scripta sit annis quindecim ante a. u. c. 580, quod initium Ritschelius huic novae orthographiae posuit, tamen quinque praebet geminationis exempla in TVRRI, ESSET, OPPIDVM, POSSIDERE, VELLET; bis tantum non geminat in POSEDISENT, IOVSIT, quem morem magis geminandi quam non geminandi proprium facit Ritschelius progredientis saeculi septimi (1).

Ex his intelligi par est Senatus consultum de Bacchanalibus, quod veluti fundamentum Ritschelio fuit opinionum et canonum suorum, non ea vi pollere quam prae se ferre videtur. Potuitque scribi a. u. 568 ea litteratura, eoque stilo vetustatis qui iamdiu obsoleverat, antiquitatis affectandae causa, credo ut Senatus maiorem dignitatem suis praescriptionibus mercaretur; nisi potius hic tunc fuit Curiae in consultis ferendis stilus (2).

Venio ad gradus geminandi a Ritschelio inventos. Is statuit primo ab a. 580 ad 620 promiscue esse geminatum et non geminatum, quod cum serio ab eo sit pronuntiatum, posset videri monumentis ratiocinatus probe excussis, nec iniuria; id enim profitetur. Sed nihil minus. Quod enim huius promiscui usus exemplum proferre is potest, cum totis his annis quadraginta unicum habeat non geminatae consonantis MARCELVS a. 599, et unicum geminatae MVMMIVS a. 699, cui addere oportuit Nattae nummum geminantis: NATĀ. Nisi forte is retulit ad hanc aetatem P. Cornelii Scipionis titulum, et L. Cornelii, qui mortuus est aetate nondum ad honores matura, et incerti illius ex Asiagene oriundi. At si id est, ut opinor, contrarium effari opus est; minus nempe esse geminatum. Sunt enim in eo carmine quattuor non geminatae consonantis exempla POSIDET, GESISTEI, SVPERASES, LICVISET, duo geminatae, ESSENT, TERRA. Quibus accedet ex citatis Scipionum titulis POSIDET, ANNORV: addendi etiam erunt ex nummis SVLA, SARAN, COTA, GELI, RENI, PILIPVS, MARCELLVS. Fit igitur summa duodecim consonantium non geminatarum, geminatarum vero sex. Quare inconsulto positum a Ritschelio patet hac aetate promiscue geminatum. Caeterum promiscuum usum seu inconstantiam illam, quam summam vocat, perduxerat olim idem Ritschelius ad a. 640 (in tit. mumm. p. IV, V.): deinde secundis curis totum hoc spatium divisit, statuitque, ut dixi, ab a. 620 ad a. 640 saepius geminatum quam non geminatum. Quem secundum canonem cum ad examen revocarem, non minus certe miratus sum tantam hominis confidentiam in affirmando; namque experientia facta rationibusque subductis, apparet hac aetate usum fuisse promiscuum. Monumenta vero quae pertinent ad a. 620-640 haec sunt.

(1) Ritschelii doctrinam hoc monumento confirmatam falso affirmarunt, aut certe incogitanter, Henzenus et Renierus; de quo lectorem volui monitum, ne quem decipiant.

(2) Miror Mommsenium haerere in nummo Nattae ante saeculum septimum percusso, quodque ea de causa non alia alleget exempla, quam ex Scipionum et ex Mummii Achaici saeculi septimi titulis.

Digitized by Google

Denarii Q. Marci Pilipi, C. et M. Metellorum, Cornelii Sisenae, M. Tulli, C. Memmi. Addidi his lapidem pollanum Popilii, et milliaria eius, tum Cornelii Hispani titulum qui fuit praetor a. u. c. 615, milliarium Cinae, legem repetundarum, et bantinam, et fragmenta legum aetatis Gracchanae, titulum Fanni, milliarium Metelli, epigraphen Apolini putio sacram, sententiam Minuciorum. In his duplicatum invenio quadragies ter, non duplicatum quadragies sex, unde elucet usum ut dixi, et consuetudinem non geminandi eamdem et geminandi fuisse, totoque hoc tempore hanc Latinorum orthographiam fluctuasse. Nolim videri numerum tantum esse secutus; potest enim aliquis putare consonantes maturius alias, alias serius coepisse duplicari. Sepono igitur sibilantem, et mutas a semivocalibus separo. Fit summa.

S duplicatur XV, non duplicatur XVII.	Mutae *c*, *d*, *p*, *t* duplicantur X, non duplicantur XIIII.	Semivocales *f*, *l*, *m*, *n*, *r* duplicantur XIIX, non duplicantur XVII.

Clarius igitur sole isto quem cernimus apparet, hac aetate quam secundam post Ennium posuit Ritschelius fere promiscue fuisse duplicatum et non duplicatum, siquidem monumentorum suffragium valere volumus, ut debemus.

Ritscheliana aetas quam tertiam appellat triginta annos complectitur ab a. 640 ad 670. In ea constanter ait esse geminatum, paucis exceptis reliquiis moris vetustioris (in tit. mumm. c.). Hoc ille quidem certe recte posuisset, si leges excepisset. Nummi enim duplicant semper praeter MEMIES qui cusus traditur inter hos annos 667-673. At leges veterem consuetudinem non geminandi magis servant. Lex enim agraria anni 643 vicies duplicat: undecies non duplicat, tum lex bantina quater duplicat, bis non duplicat; item lex repetundarum vicies semel duplicat, quindecies non duplicat. Itaque ratione subducta duplo fere maior fit geminantium numerus. Leges igitur huius tertiae aetatis canonem Ritschelii pravis fultum male talis fuisse declarant. Verum advertas velim his quae monui cum agerem de S. C. Bacchanaliorum, in legibus vetustiorem morem diutius esse retentum, seu potius lente obsolevisse; neque id esse mirum, cum videamus in lege Iulia municipali E pro I iamdudum antiquatum revixisse. Haec cum Ritschelius non animadverterit, iure dicetur fallacem canonem proposuisse.

CAP. II.

De vocalibus et consonantibus afflatis.

Constat priscos Latinos usque ad saeculum rei p. septimum consonantes nunquam aspirasse: aspiratione utebantur ut deinceps fere semper in vocalibus sive initio vocum sive medio. Fuere etiam qui *oedos ircosque* sine afflatu dicerent, quos Quintilianus (Instit. I, 5, 20) ait propterea parcis-

Digitized by Google

sime aspiratione esse usos. Igitur post saeculi septimi medium eos extitisse oportet qui hanc novam orthographiam commenti sint. Maturius enim exemplum extat in vasculis sancaesariensibus ORATIA; deinde vocales non aspiratas nummi praebent in epigraphe YPSAE, YPSAEVS, et initio octavi in titulis legimus OSIDI (Furl. Lap. di Este, p. 88) et IRTIO. Latet adhuc qui consonantium aspirandarum auctor fuerit; namque Ennium non aspirasse, scripsisseque *Bruges* non *Phryges*, affirmat Cicero (Or. 48) antiquis eius declarari libris. At cum probabili coniectura haec consuetudo orta appareat circa saeculi septimi initia, potest fieri ut a Cratete Mallote nobili grammatico (Varro de L.L. IX, 1) profecta sit, qui Romam missus ab Attalo rege a. 595, cum crus fregisset, per omne legationis et valetudinis tempus plurimas acroases fecit, assidueque disseruit, et Romanis exemplo ad imitandum fuit. Itaque grammaticae studium magnopere propagari ex eius ludo coepit, carminaque parum adhuc divulgata retractabantur, diligentius legebantur, commentabantur a plerisque (Svet. de Gramm. illustr. c. 2), quos inter numerare non dubito Scipionem illum Africanum, qui *vorticem voster* et similia in *e* litteram secundam vertisse dicitur (Quint. I, 7, 26). Quocirca accidisse vero simile est ut a Graecis sumerent quod ad graeca origine vocabula verius exprimenda erat accommodatum, nec tamen novas inducerent litteras, quibus Graeci tunc utebantur, sed litteris vulgaribus aspirationem fere ut prisci Graeci adhiberent. Huius novae orthographiae usum in primis usurpavit Mummius Achaicus in CORINTHO, ACHAIA, TRIVMPHANS.

Alia deinceps extant exempla acceptae innovationis in CORINTHIORVM, quod legimus in fragmento Legis agrariae a. 643, in L · PHILIPPVS nummi cusi ante a. 650, quo anno adhibet alterius denarii auctor in PVLCHER, et eodem fere tempore (650-666) legimus Q· THERMVS, L· THORIVS, tum in titulo Samothraciae PHILIP. Qua aetate exempla sunt consonantium non aspiratarum septem; quatuor in nummis: nempe, Q· PILIPVS, TAMPIL, CILO, CETEGVS; in lapidibus tres pVTIO, PILOLaus, ANTRACIVS. Miramur itaque Ritschelium scripsisse (Mon. ep. tria p. 27) non esse aspiratum hoc tempore, paucissimis exceptis, cum constet contra octies fuisse aspiratum, non aspiratum vero septies.

Post ea tempora a. 660 ad 700 par etiam numerus invenitur aspiratarum et non aspiratarum, cuius moris promiscui exempla extant in lapide capuano, a. 660 in quo aspirantur quatuor voces AGATHOCLES, PHILEM, PHILIN, EVPHEMIO, et tres non aspirantur, DIOPANT, ANTIOCVS, TEATRO, datumque iudicio aurium potius quam rei naturae et consuetudini magis quam veritati ut scriptores aspiratione uterentur, vel non uterentur. In vasibus sancaesariensibus ter aspiratum video PHILOCRATIS, SPINHHER pro SPINTHER, bis non aspiratum in PROTARCVS, AcAI. In tesseris gladiatorum quatuor aspiratae voces a. 681 HILODAM; a. 691.

Digitized by Google

ΛCHIAL, a. 695 PHILARCVR^V, a. 696 ELEVTHERVS; novem non aspiratae, a. 661 MENOΠIL, et circa ea tempora ΠILOMVSVS, inde a. 683 PILOTIMVS, a. 684 ΠILARGVRVS, PILODAMVS, a. 685 AESCINVS, a. 693 ANTIOCVS, a. 697 STEΠANVS, a. 700 TEOΠROΠV, et hae tesserae quidem ad posteriora vasibus sancaesariensibus spectant tempora. Nihil itaque certi ad aetatem dignoscendam inde erui potest; falsum praeterea erit quod posuit Ritschelius non esse aspiratum usque ad a. u. 660, paucissimis exceptis. Cum vero ab ea aetate ad a. u. 700 constet septies esse aspiratum, undecies non aspiratum; hinc concludamus usum aspirandi vel non aspirandi ad saeculum octavum usque fuisse fere promiscuum, minusque potius quam magis aspiratum.

CAP. III.

De assimilatione consonantium in compositis.

Praepositiones adiunctas verbis et in consonantem desinentes antiqui non imminuebant; itaque scripserunt EXDEICENDVM, DISMOTA, EXFOCIONT: deinde commutatio inducta est, commutaruntque saepe CON in COM ante V consonantem, aut ei similem F, scripseruntque COMVENTIONE, COMVIVIA, COMVALEM, COMFLVONT aut imminuerunt praesertim ante sibilantem: inde invenies adhibitum saeculo sexto COSEnsu, COSOlETVR, COSOl, COVENVMIS, COVENTIONID promiscue cum CONSOLERENTVR, CONSOLTO, CONSOL, CONVENTIONE.

Tulit usus saeculi septimi ut praepositio IN ante P in IM transiret. Huius orthographiae primum exemplum praebet lapis Mummianus aedi Herculis Victoris affixus, quam L. Mummius IMPERIO eius Achaia capta IMPERATOR dedicavit. Postea tamen ad Syllam usque, excepto uno exemplo, scilicet IMPRIVATVM a. 643, Romani vetustiorem consuetudinem tenuerunt, constatque ex titulis annorum 621-36, 631-32, 643, 649. Verum a Sullae aetate ad a. 713 invenio in ipsius Sullae nummis a. 667-72 percussis IMP; item in nummis Q. Metelli a. 675: atque hac orthographia dedicatur Servilio Isaurico IMPERATORI lapis a. 680, et ponitur Caecilio Metello. Deinde a. 703 M. Tulli nummus M · TVLL · · IMP ·; tum Bruti, Murci, ceterorum, et glandes mundenses a. 709 habent CN · MAG · IMP · et promiscue a. 713 RVFVS IMP, C · CAES · IMP · Semel tamen in glande musei Kircheriani negligentissime scripta, cuius hactenus male excepta lectio est, legitur FEIX, CAESAR INP (1).

Haec de forma IM collegisse sat est, unde patere arbitror quam recte

(1) FEIX CAESARV habet De Minicis. Acta Acad. Pontif. XI, pag. 53. Marchius excepit LEX . CAESARV.

Digitized by Google

consuetudinis ortum distinxerim, quod nemo ante fecit, ab ipso progressu et propagatione. Namque inficiari non possumus IN in IM commutationem, quamvis circa annum 609 a Mummio sit usurpata, tamen post medium saeculum septimum et propagari vulgo coepisse, et passim diffundi.

CAP. IV.

De *s* redundante post *r*.

Latinos scripsisse *Caisna* pro caena, LOSNA pro Luna, *pesna* pro penna, et similia, fere ut Etrusci Cisra pro Caere, partim legimus traditum, partim ipsi in monumentis videmus. Redundabat itaque sibilans rudiori adhuc lingua, cuius sonus cum mollibus politiorum auribus molestior accederet nec proferretur, paulatim omissus est. Alia consuetudo in linguam latinam permanavit sub Ennii tempora, et haec a Graecis, ut litterae X sibilans S adderetur.

Nam Corinthiorum lingua ad litteram ξ additum sigma est, scriptumque dorica illa palaeographia MΞΑΡΟϘ (Κόραξς). Huius orthographiae Latinorum exemplum satis vetustum hodie habemus in Senatus consulto de Bacchanalibus anno 568 in voce EXSTRAD, deinde in titulo L. Scipionis Cnaei filii SAXSVM, tum saeculo septimo aliquoties usurpatur in legibus anni 621-36 DVMTAXSAT, EXSIGITO, LEXS, PROXSVMVS, a. 637 DIXSERVNT, a. 643 FAXSIT, EXSCEPTVM. DEDVXSIT, EXSIGATVR; et tamen legimus EXILIVM in lege a. 631, 632. Permanavit deinde haec orthographia post tempora Sullana in saeculi septimi labentis annos eaque aetate Augusti frequenter usurpata est.

CAP. V.

De permutatione litterarum *c* et *q* omnium.

Litteram Q a priscis Latinis receptam tum antiquissimi tituli produnt, tum ostendunt id ab initio factum, nec accito vocalis litterae V adminiculo. Eius vis videtur fuisse ut pinguius sonaret quam C latinum aut K graecum, in cuius locum identidem ea de causa adhibetur a Graecis Doribus et Chalcidensibus. Horum exempla sunt ex terris Latio conterminis in lecytho cumano cui est inscriptum ϛΟΦVϘΕϟ et in vase dorico Caere effosso in quo legi MOϘϽΔΜΟ (Ὀμ(β)ρικός), MOTVΙϘ (Κλυτός), MOΜϢΜVϟϘϽϢΠ (Περικλύμενος), itemque in patera cretacea graphio exarata ϘΟΤϘϢ (Ἕκτωρ). Latinis vero MIRϘVRIOS aeque ac MIRCVRIOϽ, ΛϘVINΟ, itemque ΛCVINO. Scribunt etiam sublato V ΚVϘORCOS quod Graeci Λυκοῦργος, PROϘIΚIΛ quod oportebat scribere PROCIΚIΛ. Mos scribendi ϘV pro

Digitized by Google

CV quamvis in ΛΓVINO et MIRΓVRIOS possit videri ortus ante medium saeculum sextum, cum tamen invaluisse saeculo septimo certum est.

Hanc orthographiam ab Accio profectam putavit Ritschelius (Mon. epigr. tria, p. 33). Exempla sunt QVRA, QVRAVERVNT, QVM, QVIVS, QVLINA, QVSONIVS, PEQVS, PEQVNIA, PEQVLATVS. Olim etiam QVO pro CO scriptum declarat in aerea lamina Falisca QVOLVNDAM, et in S. C. de Bacchanalibus OQVOLTOD pro OCOLTOD, nempe occulto; inde *inquilinus*, *exquilinus* pro *incolinus excolinus* ubique mansit. De forma *Maquoulna* in pede cistae Kircherianae lege quae scripsi contra contumeliosum Mommsenium in Diss. Arch. vol. 1° p. 144. Nomen est praenestinae Macolniae exaratum stilo ab etrusco artifice cuius animo obversabatur Maquolna, quod vertit ipse in Maquoulna *ou* diphthongo graecum in morem pro *u* usurpata. Saeculo septimo vergente quidam vertere tentaverunt QVO in CV, inde ortum PROPINCVS, AECVS, quaedam sic scripta mansere, ut CVIVS, COCVS; OΠSEQENS in titulo capuano analogiam habet cum ΠROQIVIΛ.

CAP. VI.

De aetate *o* litterae in secunda declinatione.

In aetate definienda usurpatae declinationis nominum secundae in *os, om*, duo quaeruntur; et de origine quidem nonnulli sunt qui putant in linguam latinam hunc morem a grammaticis ex graeca consuetudine esse inductum: obsolevisse autem post bellum Hannibalicum idest post medium fere saeculum sextum. Alii tenent Latinos antiquissimos non aliter usos declinatione secunda, nec aliter flexisse quam in *os, om*, idque perdurasse ad finem pene belli punici primi, idest ad annum fere u. c. 620.

At vetustissima Sabinorum monumenta, unde orti Marsi, Falisci et Capenates declarant flexuram in *os, om* fuisse initio unice usurpatam; latina vero confirmant cum permiscent, neque enim si olim *us, um* unice usurpata flexura est, potuit accidere ut omnia huiusmodi monumenta perierint aut adhuc lateant.

Vetustissimi igitur, aut ad instar vetustissimorum tituli sunt in quibus nullus declinationis secundae in *us* usus apparet: his recentiores qui iam utramque flexuram miscent, ut videmus in duabus cistis praenestinis, in totidem vasculis calenis, alibique. Exempla sunt SILΛNVS, EBRIOS; SIMOS, SECIºLVCVS; RETVS. GABINIO.

Usum declinationis in OS, OM cessasse incipiente saeculo sexto, olim putavit Ritschelius: professus est deinde hunc morem obsolevisse circa a. 520. Mommsenius, qui nescio quo amore innovandi bello punico primo facit nomen belli Hannibalici (v. not. ad inscript. 167, 1148) cum tenuisset olim declinationem in *os, om* simul viguisse cum declinatione *us, um*, deinde

Digitized by Google

opinatus est serius in *us*, *um* declinationem fuisse invectam, nec ante exitum saeculi quinti. Mihi cui olim visa erat vetus scriptura durasse ad medium saeculum sextum, et ultra, suffragavit ara Marci Minucii, quae a. 537 Romae insculpta nuper prodiit, declinationem *om* in SACROM praebens.

CAP. VII.

De *u* vocali ante vel post *v* consonantem verso in *o*.

Duplicem V V alteram vocalem, consonantem alteram fere nunquam continuavit antiquitas, sed verso altero V in O usa est, scripsitque IOVENT, IOVIS, VOLNVS, VOLGVS, MAVORS, MORTVOS, ARDVOS, DEIVOS, DVOM · VIR. Saeculo quinto sublato *o* scribi coeptum est MAVRTE. Huius orthographiae secundae praebet exemplum FLAVS in Decimii nummo post medium saeculum sextum, a. 570 cuso; praeterea tituli circa medium saeculum septimum et ultra: in his sublato *o* vel *u* vocali legimus IVANALARIA, IVENTA, IVENTIA, AEVM, VIVS, SERVS, FLAVS, VESVIES, PAQVIES, ASVIA, SALLVIVS. Consonans *u* omissa est in NOICIA, NOEMBRES.

CAP. VIII.

De permutatione *u* vocalis in *o*, *i* in *e* in radicibus vocabulorum.

Veteres in more habuerunt vertere *u* in *o* quoties sequeretur littera liquida *l*. Sic TVSCOLANA, HERCOLES, COLPA, MOLTA, SINGOLEI, POPOLVS, TABOLA, POCOLOM, POLCER, FOLVIVS, ASCOLANVS, COSOV, CONSOLTV, AESCOLAPIO et similia. Raro id usurparunt ante M, N, cuius exempla sunt, MAXOMO, COLOMNA, NONTIARE; idem apparet in VOSNA, quod, sublato *s*, erit VONA; tamen ante medium saeculum sextum legimus promiscue usurpatum CONSVLVERE, CONSOLTO in titulis venusinis; CONSVLTO, CONSOLTO in euganeis; eodemque redit VERTVLEIEIS et HERCOLEI in carmine sorano. Item in antiquioribus pineis praenestinis M · EΠOVEIO · C · F; A · EΠVVEIVS · M · F; M · EΠVVEIVS · M · F quae ad primam pertinent dimidiam partem saeculi sexti. Deinde in duobus cippis Fulvii Nobilioris, FVLVIVS, FOLVIVS. Vetus exemplum *u* ante *l* est extremi saeculi quinti vel sexti incipientis in cippo pisaurensi CIISVVA, et in epigraphe picta faleriensi ЯNVSIIC, quae ad fere medium saeculum sextum spectat. Videtur igitur saeculo sexto incoeptum scribi per *ul*, quod tamen passim per *ol* scribebant: quasdam vero veluti reliquias prisci sermonis mansisse puta in prima parte media saeculi septimi cum iam vulgo per *u* scriberetur, idque constat ex terminali lapide praetoris Caecilii restituto in quo legimus CONSOLTO; et ex le-

Digitized by Google

gibus repetundarum et bantina, quae utramque formam praeferunt, nominibus tamen quibusdam propriis exceptis in quibus diutius antiquitas servata est, ut HERCOLES circa medium saeculum septimum, HEIOLEIVS a. u. 646, NVMOLEI a. u. 648, ACCOLEIVS LARISCOLVS a. u. 711.

Vix est quod moneam veteres sic esse locutos, ut FABRECIO, OVEO, FIVEAI, TASEOS, PAMIIVIAM, VECOS, DOMETIVS, OPEMIVS, CAMEVIO, COMENIA *e* pro *i* posito dicerent. Sed haec antiquissima, in radicibus vocabulorum, neque fere ultra medium saeculum sextum usurpata. Post eam aetatem invenies rustice SOLEDAS, CALECANDAM in titulo alatrino, DECTVNINEBVS in sententia Minuciorum a. 637, cum iam a. 565 OPPIDVM Paulus Aemilius politiore scribat orthographia, BACANALIBVS, SENATORIBVS, MVLIERIBVS legantur in Sen. consulto de Bacch. a. 568. Quae quidem certe ut quaedam singularia vestigia pristini moris explicanda erunt, cavendumque ne annum 620 cum Ritschelio (in tit. alatr. p. 15; ad epigr. soran. p. 15) veteri huic consuetudini statuas terminum. Varro meminit horum *vea*, *vella* (R. R. I, 2. 14), *speca* (ib. 7, 42, 48); Festus *ameci*, *amecae* sub v. *amicitia;* Quintilianus revocat *Menerva*, *leber*, *magester* (I. 4, 17). Privernum habes in nummo Hypsaei varie scriptum PREIV, PRIVER, PREVER. Firmum in glande bellica semel legitur scriptum FIIR.

CAP. IX.

De permutatione subiunctivae *i* in diphthongis *ai*, *oi*, et de diphthongo *ou*, *au* in radicibus vocabulorum.

Antiquitas non aliam diphthongi *ai oi* formam novit; aetas sequior deinde paulatim utramque commutavit in *ae oe*. Invenio *ae* inductam primum in radice vocum, deinde in declinatione. Extremo saeculo quinto, vel prima parte sexti legimus in poculis SAIITVRNI · ΠOCOVOM; AECETIAI · ΠOCOVOM, et in nummis eiusdem aetatis Π · ΛÆ, C · SAE. Post medium saeculum sextum in Fulvii Nobilioris titulo a 565 scriptum occurrit AETOLIA, in cippis M. Aemilii Lepidi a. 567 AEMILIVS legimus. At Paulus Aemilius a. 565 AIMILIVS. Miscet tamen utramque formam Sen. consult. de Bacchan. a. 568, AEDEM, AIQVOM; item coranus lapis PRAITORES · AERE, et elogium P. Scipionis Cn. f. AETATE, QVAIRATIS. Eodem tempore nummi exhibent P · PAETVS, A · CÆ.

In saeculo septimo rarissimus est usus *ai* in radicibus vocabulorum: itaque usque ad medium saeculum solum invenio AID. Mummius enim habet AEDEM in titulo aedis Herculis a. 609; carmen Cn. Scipionis Hispani post a. 615 LAETENTVR; lapis Popillii pollanus a. 622 AEDISQVE, PRAETOR; cippus milliarius Metelli, a. 637, CAECILIVS; tum monumenta legalia ab

Digitized by Google

a. 621 ad 637 constanter adhibent AE; item tituli capuani caeteraque monumenta quae extant medii saeculi septimi et ultra eam aetatem; itemque nummi, si excipias SEX·IVLI·CAISAR cusum inter a. 640-650, et M. Lepidi in quo AIMILIA. Quae extant exempla *ai* post medium saeculum septimum vel negligentiae scriptoris tribuenda, vel studio antiquioris aetatis, quaña sunt aetatis fere augusteae.

Serius quam in radice declinatio AI coepta est immutari in AE, cuius primum exemplum invenio in titulo aquileiensi a. 573, ubi legitur AQVILEIAE, COLONIAE, DEDVCVNDAE; non aliter tamen toto fere saeculo septimo declinatum in huiusmodi monumentis, extremi saeculi septimi et augusteae aetatis titulis exceptis.

OE locum OI accepisse videtur medio saeculo septimo: prima exempla quae novimus sunt in lege agraria OETI, OETANTVR, POENICIO, tamen eadem in lege manet OINO, OINA, MOINICIPIVM. Item promiscue adhibetur in titulis capuanis ab a. 642-3 ad 680, in quibus transitur etiam ad simplex V in vocabulis *ludus, murus*, quod ante usurpatum in cippis terminalibus a. u. 613 L. Caecilii qui praebent IOVSIT et IVSIT. Exempla campana sunt a. 642-43 COERAVERVNT; a. 646, 648 MVRVM; tamen adhibetur COIRAVERVNT et LOIDOS; at eodem anno 648 MVRVM, COERAVERE, LOEDOS; contra a. 650 MVRVM, COIRAVER, et 655 iterum MVRVM COERAVER; tum a. 656 COEraverunt, et 660 LVDOS, C·COELIO. Fluctuat igitur scriptura per hos viginti annos et deinceps. Post haec tempora legimus anno u. c. 676 EVBOEAM, et an. 683 CIOELIVS. In nummis familiarum ab a. 650 ad a. 670 Coelius veterem orthographiam retinet in C·COIL; tum in aeclanensi titulo post tempora sullana reviviscit MOIROS et COIRAVERVNT, quod studio antiquitatis factum apparet. Illud notandum est, antea OI permutatum aliquando fuisse in OV, cuius exempla sunt PLOVRVMA in carmine Protogenis, pro quo in titulo Scipionis filii Barbati videmus PLOIRVME, tum COVRAVERVNT bis adhibitum in duobus titulis vestinis saeculi septimi; et fortasse CLOVL pro CLOIL ab ea consuetudine manavit, quod pro certo habet Eckhelius (D. N. V., V, 174) in nummo Cloulii. Nuperrime etiam inventus est denarius M. Furii Phili in quo pro FOVRI scriptum legitur FOIRI. Horum alter, nempe M. Furii, cum cusus sit paulo ante medium saeculum septimum, vel ipso anno 650, alter Clulii non ita multo post hanc aetatem, cui demum aetati potissimum debeamus referre hanc orthographiam opportune monemur. Saeculo sexto sublatam videmus in diphthongo subiunctivam V vel I in POVCES, POVOCES, in LVQORCOS quod debuit esse Lucourcos, in POVBLICO POBVICO, in Poulio POLIA, scripsere enim POVVIVIO, in COIRAVERVNT, CORAVERONT, in LOFERTA ex LOIBERTA, olim enim dixerunt LOIBER, LOIBESOM; ad eum modum ex NOVNDINVM factum NONDINVM in lege a. 621-36. Sublata etiam esse apparet prae-

Digitized by Google

positiva O in LVCIOM tituli Scipionis Barbati, cum antiquissimi quique tituli ferant VOVCINA et VOVCILIA, in FVRI quod vulgo FOVRIO, in PVLI, PVVIVS, cum habeamus ut dixi POVVIVIO. Fuit igitur id antiquiorum temporum, ut haec exempla declarant; hae vero mutationes hoc se ordine exceperunt ut generatim *oi* et *ou* praecedant, ex iisque ortum sit *o* frequentius quam *u*, quod elementum sequior aetas magis amavit. Consuetudini datum ut quaedam formae vetustiores durarent diu, aliae citius obsolescerent. Sic IOVS manet adhuc a. 683 in lege Antonia de Thermensibus, OVF pro Oufentina tribu nunquam aliter scribitur: TOVA, TOVO, SOVOM in carminibus leguntur, idque etiam post aetatem sullanam.

Affinitatem quamdam esse inter *au* et *o* declarat etiam lingua vernacula, qua saepius *au* in *o* versum invenimus, e. g. aurum, *oro*, ausus, *oso*, clavus, *chiodo*, maurus, *moro* et similia. Item satis constat Graecos e Latinis esse mutuatos ut pro Αὖλον Ὦλον dicerent scriberentque; priscos vero diphthongis esse usos, recentiores novam hanc orthographiam in quibusdam vocibus servasse vel intulisse. Vetustiora exempla sunt quae de osculana pugna in proverbium deducta narrantur ex oppido quod Graecis barbaris Αὐϝυσκλον, Latinis Ausclum: in nominibus vero POVA praenomen muliebre a Paula ortum, OVV ab Aulo, ORVCVLE ab Aurunculo, OFIDIVS ab Aufidio, COPONIVS a Cauponio, PLOTVS a Plauto, OLA ab Aula, nempe olla, OLIPOR ab Aulipor, ROCVS cognomen Q. Creperci pro Raucus, COPO et PLOSTRVM pro caupone et plaustro, AVSTIVM, pro ostio dici in titulo praenestino putat Mommsenius. Singularia sunt quae mutant *au* in *u*, ut Claudo Cludo, Raudus Rudus, et contra, si recte sum interpretatus nomen proprium in vasculo capenate, IXIPAVRI pro SPVRI. Nomen PLAVTIVS legitur dictum PLOTIVS item PLVTIVS.

CAP. X.

De diphthongo *ei* orto ex *e* vel *i* praeter declinationem.

EI pro *i* vel *e* longa in radicibus vocabulorum vetustissima est, cuius exempla nonnulla revocabimus SEIG, DEIV, LEIBER; ad horum modum scripsere etiam DECREIVIT, OPEIMI, et QVEISTORES, et CEISIA, orta nomina ex QVESTORES, CESIA, sic scribi solita quibusdam in locis. Ex longa syllaba deventum est ad brevem, scriptumque INPEIRATOR, CREISITA quod vocabulum ortum est ex graeco accusativo Χρυσήϊδα; SEIBI vel SEIBEI, FACEIVN. Caeterum EI pro *i* longa obtinuit usque ad tempora Sullana, et ultra praesertim in quibusdam vocibus ut SEIC, SEI, EIDVS, LEIBERTVS, et in paucis aliis, ferturque Cicero itemque Varro hanc orthographiam amasse.

Digitized by Google

CAP. XI.

De geminatione vocalium.

Primi Umbri vocales longas geminare instituerunt; idque afflatu interiecto ut sonarent plenius. Exemplo sint STAHAMV, COMOHOTA. Hic mos transisse videtur in Latium, habent enim et Latini similia in cognominibus AHALA, GAHA, et in appellativis COHORS, in adverbiis VEHEMENTER, in pronominibus MEHE *accus.*, MIHI, *dat.*, OHL pro OHOL, quod praenomen his accensendum olim proposui, contradictore Mommsenio, qui interpretatus est *ossa hic Lucius* cet. Osci et Samnites, quod leniori sono forte pronuntiabant, aspirationem sustulerunt. Tamen ex eorum consuetudine mos geminandi videtur in Latium inductus, eoque ita Accium poëtam saeculo septimo esse usum, ut deinceps eius orthographiae auctor primus habitus esse videatur a nonnullis grammaticorum veterum, subscriptore Ritschelio, qui certum putat. Quem cum lamina aenea falisca saeculi sexti dudum refutaverit, Accium demonstravi consuetudinem olim tantum incoeptam arripuisse tenacius, eique propagandae studuisse. Revocare iuvat quae docui de consonantium geminatione huic quaestioni fere paria: nova igitur orthographia inventa et inducta multo antequam in usum fere reciperetur. Interdum enim accidere videmus, ut quae parum secunde accepta initio et oblivioni pene tradita, iterum proposita postliminio revocentur, propagenturque usu feliciori. Tametsi huius vocalium geminationis exempla ipso saeculo septimo tam pauca sunt ut aegre recepta videatur, praeterea ut citius desereretur omni ope adlaborasse Lucilium notum est. Exempla litterae *a* in nominibus appellativis dudum numeravi haec: AA, AARA (hoc dubium), FAATO, HAACE, HOSPITAALITAS, NAATAM, PAASTORES, litterae *e* sunt EE, LEEGE, LEEGEI, SEEDES, SEESE, *o* dat lamina falisca in VOOTVM, *u* exempla manent haec in IVVS, LVVCI, PECVLATVV, ARBITRATVV, LACVVS, SVVO, VVTEI. In nominibus propriis duplicatas invenimus vocales *a*, *e*, *u* in CALAASI, MAAMIVS, MAARCO, MAARCIVM, PAACILI, PAAPIA, PAAPVS, STAAIVS, VAALVS, VAALA, VAARVS, VAARIVS, VAARIA — FEELIX — FVVLI, IVVLIVS, LVVCIVS, LVVCEIVS, MVVCIVS, PVVPIVS, RVVBIVS, SVVRA. Nominibus adde personas verborum tertias FVVEIT, LOCAVEERVN, quod extremum ab amico accepi, qui et epigraphen vulgabit, puto. Accium non dubium est vertisse VV in diphthongum *ou*, quae erat vulgaris eius aetatis orthographia; item certum est EI adhibuisse pro *i* longa quam non geminavit.

Accius litteram *i* supra caeterarum litterarum mensuram extantem pro *i* longa a Calidio usurpatam in suis denariis cum triumvir monetalis ageret, respuisse videtur; cuius sententiae id argumento esse potest, quod post

Digitized by Google

Calidium, qui florente Accio nummum percussit, ab aetate gracchana usque ad sullanam videatur non fuisse usurpata; quodque Accii adversarius Lucilius, qui distingui voluit *i* longam pluralis numeri PVEREI quem scribebat per EI ab *i* genitivi PVERI quem simplici iota scribi praecipiebat, de *I* supereminente nihil innuisse tradatur. Accium facit Velius Longus (p. 2, 220*p*) geminantem semper ubicumque producitur syllaba. Aperte igitur docemur aliis non fuisse in more porrectas omnes syllabas ubicumque geminis vocalibus scribere; quibus vero in syllabis potissimum geminarint, curque alias aeque longas non geminarint, arduum est definire. Hoc quidem certe apparet ex monumentis, neminem geminasse ubicumque, id est neminem, quantum scimus, Accium secutum ubique geminantem: id vero praeterea confirmat quod posuimus, Accium huius orthographiae auctorem non fuisse.

CAP. XII.

De *i* longa supereminente caeterarum litterarum mensuram.

Dixi Calidium *i* longam supra mensuram aliarum litterarum usurpasse aetate acciana: modo quaero qua ratione demonstretur illud iota esse natura longum, erit enim cui videatur obstare quod calidus, unde derivaverit quis nomen Calidius, sit proparoxytonus. Sed errat qui ex adiectivis *avidus*, *calidus* putat nomina propria Calidius, Avidius et similia esse orta. Constat enim ea ex positivis olim fuisse derivata, ut ex Avius fieret Avidius, ex Calius, Calidius, quod ni ita esset, sequeretur totidem adiectiva nomina esse quaerenda in Ovidius, Caesidius, Canidius, Epidius, Helvidius, Fusidius, Longidius, Ummidius. Sunt vero notissima horum positiva Ovius, Caesius, Epius, Helvius, Fusius, Longius, Ummius et similia: igitur similiter oportet ut Calidius, Avidius derivent. Cuius vero mensurae *i* in Calidius et aliis nominibus huius formae habitus sit, declarat usus *i* supereminentis, quem longam syllabam significare tenet etiam Mommsenius (Hist. de la monn. rom. ed. Blacas, v. II, p. 193).

Primus, quod scimus, post Calidium *i* supereminente usus est L. Piso in denario suo, quem cudit post annum 665, cuius epigraphen FRVGI vidit, ediditque, nisi falsus est, Cavedonius (Bull. ed. Minervinii 1861, p. 61): deinde usurparunt Romae vicani vici, cui nomen a lacu Fundani a. 672-675, nec tamen in omnibus *i* longis sed quater tantum, scilicet bis in FELICI, semel in DICTATORI, semel item in VICVS LACI. Huius etiam aetatis vel paulo anterioris feruntur esse vascula sancaesariana, quae et ipsa praebent nonnulla novi moris exempla in DERCINA, IVANALARIA, II·BET·IDIBVS·NOVEMBR· itemque in Q·CAECILIS A·D·VII IDVS NOV. Huic iuvabit attexere albensem titulum quem ponunt HERENNIEIS (*Herennii*) tres qui SVPINATES dicuntur.

Digitized by Google

Hunc subsequitur Cnei Pisonis titulus; obiit is a. 690, in quo sic PISO scribitur. Alia sunt etiam monumenta quae ad hanc aetatem pertinent, sed tempus presse definiri non potest; iuvat tamen ex allatis deducere hanc orthographiam circa Sullae aetatem, et ante extrema liberae reipublicae tempora propagari coeptam fuisse.

CAP. XIII.

De sono quodam medio expresso per *i* duplicatum, vel eius formam supereminentem.

Est quidam vocalis *i* sonus, cum duas vocales intercedit, quem aiunt Grammatici veteres eiusmodi esse, qualem daret consonans et vocalis: eam ob causam factum puto ut *i* in scribendo duplicaretur. Item Grammatici docuerunt antecedentem vocalem ut longam haberi, quasi si a duabus consonantibus exciperetur. Huius orthographiae exempla quae recenset Marius Victorinus (L. I, c. 4, p. 27) haec sunt: AIIO, ROIIA, GAIIVS, AIIAX (cf. p. 30, ubi errore GRAIIVS pro GAIIVS). Traditur etiam Iulius Caesar praecepisse sic scribi oportere POMPEIIVS et similia. Cicero quidem certe solitus est scribere AIIO, MAIIVS, teste Quintiliano (I, 40), et AIIAX, teste Longo (2219 *p*; cf. Osann. ad Cic. de Rep. p. 449). Consuetudinem satis recentem esse docent lapides: nam Beneventi legimus OPETREIIA, in Helvetia SABINEIIVS (Momm. Inscr. confoeder. Helv. 43), in Felsina urbe MAIIVS (Malvas. Marm Felsin. p. 518), Romae RAIIVS (Ms. in Bibl. Ducis Brabantiae Nic. Florentii ad Laevinum Torrentium); in titulo quem edidi in Bull. neapol. Minervinii legitur CALPVRNIAE BAIIANAI.

Notavi etiam in Pompeianis graphio scriptis MAIIVS (tab. 25, 3). Tamen certum est multo ante Caesaris et Ciceronis aetatem geminam *ii* inter duas vocales olim incoeptam usurpari, cuius indicium facit vox POBVIIIIOS in vase fictili narniensi sigillo impressa. Ortus igitur eius saeculum quintum, vel sexti initia attingit, nec facile originem aliunde habuit quam ab Oscis, quorum IVIIΠИ notum est in cippo nolano, ϟHΞИΠIIΠПИVП, HΠИΑIIAПИVП, IAIIΞΘΞ in cippo pompeiano, et similia, quae alibi leguntur. Duplex igitur sonus iotae duplici *i* significatur quorum primus consonans, alter vocalis. Invenio etiam expressam brevem vocalem *i* supereminente forma in CANVLEIIA, (Lupi Diss. II, 188), in CAIIARO arulae avenionensis, in EIIVSDEM sic saepe scripto in tabulis malacitanis. Transiit inde mos ad iota iam nec inter duas vocales, sed inter consonantem et vocalem, quod etiam pridem ab Oscis usurpatum ostendit nomen Cnaiviies sic scriptum graphio ϟΞIIIIAИ> in vase campano, POMPVSIIES in lapide aequiculano. Latinorum sunt VIEAM posito E pro I in lapide tergestino, ORIIONIS in lapide marruvino, tum in castello Polignac VARIIAN, et in titulo clusino VETIIENO, VETIIENVS.

Digitized by Google

Eadem ratione explicabis ABIEGNIAS, PONTIENA in lapide neapolitano, in puteolano VIAM, PARIES; PRECARIO in capuano; Q · NERIVS in florentino; PAQVIVS in arelatensi; VEDIO in tudertino; VETTIO in aufidenate; MVCIVS in romano; VENNONIVS in taurinensi, aliaque complura, quae transcribendi fastidio omitto. In his iota supereminens locum tenet duplicis *ii:* adde exemplis nominativos imminutos ita scriptos, quorum primum in nummis exemplum praebet HOSIDI circa a. 700.

Gradum inde arbitror factum ad aliam formam scribendi in qua adhibuerunt *i* simul cum I supereminente ad *i* longum significandum et exprimendum. Ita legi in arula nemausensi sculptum DIIOLLA, SVIIS in titulo romano, item INGENVIIS, PVBLICIIS: hoc vero secundum iota solvitur interdum in EI. Duplex ista orthographia invaluisse videtur praesertim Augusti et Claudii aetate. Exempla haec satis sint: SACRIEIS in lapide atinate a. 735, SVIEIS in titulis tribus, romano uno, aquileiensi alteri, tertio beneventano. Sed his antiquiora sunt quae iota supereminens inter consonantem et vocalem praebent pro iota brevi, pinguioris soni exprimendi causa; quod ostendit quam morosi et difficiles essent ea aetate artifices loquendi et scribendi, ut sibi pene nunquam satisfacerent, et peccare potius in analogiam, quam signa negligere quibus accurate imo putide sonus exprimeretur.

CAP. XIV.

De puncto, vel sicilico vocalibus longis superimposito.

Scriptura, qua vocalis longa per diphthongum vel per geminationem scribebatur, cum obsolesceret, paulatim et alia successit Grammaticorum doctrina, quae vocalibus longis sicilicum imponere iubebat. Est autem sicilicus virgula in lunulae modum curva. Nomen huic signo fecit Marius Victorinus, quamvis is nescio qua incogitantia non vocalibus longis sed consonantibus impositum affirmet, duplicatione nondum inducta, idque dicat apparere. Cum huius victorinianae orthographiae nullum in lapidibus extet indicium, contra vocales longas sicilico videamus ab antiquis distinctas, Cavedonium qui putavit se in SVLL'A sicilicum invenisse, et cum duplici quidem *l*, praetereamus. Experientia etiam docuit, principio non sicilicum sed punctum longis vocalibus superimpositum; deinde etiam sicilico datum locum, et promiscue pro puncto usurpatum, donec obliterato illo puncto, sicilicus ' et virgula ' in more manserunt usque ad seram aetatem.

Latet quis huius novae orthographiae auctor extiterit, quove tempore primum usurpari coepta sit; nam non necessario videtur orta ex reiecta longarum vocalium geminatione, quod olim tenui, cum etiam vocales simplices ex diphthongo ortas afficiat. L. quidem Furius qui assem a Riccio

Digitized by Google

editum percussit post medium saeculum sextum; ita nomen inscribit, si credere Riccio fas est, L·FVRI, quod FOVRI a priscis saeculi quinti scribi consuevit. Quod si ita est, novum inventum parum processisse dicendum erit: nam toto saeculo septimo scriptura FOVRI mansit, nec rediit orthographia Lucii Furii ante L. Furium Brocchum, qui in denario suo utitur sicilico L·FVRI CN·F·BROCCHI. Huius triumviri aetas definietur comparatione thesaurorum montecodruzzensis defossi circa a. 672-3, et carrarensis terrae mandati circa a. 676-77, cum thesauro roncofreddano deposito a. 680-2. Nam nummi furiani qui asperi et recentes inventi sunt in roncofreddano, non comparuerunt in montecodruzzensi et carrarensi. Tamen Furii nummum ad a. 700 refert Mommsenius, propterea quod triumviralem magistratum monetae cudendae notat in denario, quem morem non ante eum annum 700 putat incoepisse.

Post L. Furium triumvirum monetalem habemus Pomponium Musam, qui hoc munere functus esse videtur circa a. 690 ex sententia Cavedonii (Ripostigli p. 213). Is sicilicum in voce MVSA constanter usurpat, cum vero in MVSARVM nunquam adhibeat, inde suspicari possumus ea aetate legem huius orthographiae fuisse ut superponeretur quidem syllabis per geminationem vel per diphthongum scribi solitis, verum in arsi positis. Musam excipiunt nummi Albini, Bruti filii, cusi a. 711. Is puncto constanter utitur in BRVTI quod scriptoris indiligentia nonnunquam male translatum apparet in extremam syllabam nominis ALBINVS, aliquando bis positum vidi errore fabrili ALBINV BRVTI·F. Hoc anno vel sequenti sculptus est titulus in quo coniuncta visitur utraque orthographia *i* supereminens in DIVO, et sicilicus in IVLIO. Est vero hactenus primus titulus aetatis certae in quo sicilici usus appareat; ne tamen hoc tempore primum ortum putes monent nummi quos supra recensui.

CAP. XV.

De omissione *m*, *s*, *n*, *t*, *r* consonantium finalium.

Latinos priscos quasdam litteras in fine vocum pronuntiando obscurasse, indeque ortum ut scribendo etiam eae omitterentur, res est perspicua consideranti originem vernaculae dialecti. Constat enim latinos olim eadem fere conditione fuisse qua nunc sunt ut loquentes extremas vocales vocum canant magis quam pronuntient: quamobrem consonantium sonus finalium adeo attenuari oportuit ut audiri vix posset. Igitur cum declinationes nominum per *m* vel *s* finiantur, nempe per liquidam et sibilantem, his sublatis, secunda declinatio extitit in *o* desinens POVPIIIO, GABINIO cet. In tertia declinatione, omissis *s*, *r* finalibus, prodiit AIDILE, MIITARE, PISAVRESE et similia, MATE, VXO, MAIO, MINO, quae hactenus innotuerunt. Ele-

Digitized by Google

menta *nt* in tertiis personis verborum pariter omissas videre est in CVPA, ΠROBAVERO, DEDA, raro *n* tantum, ut DEDROT, CVPAT.

Haec omnia ad antiquissimam aetatem pertinent, cuius vestigia identidem saeculo sexto et septimo apparent, versoque *o* in *u* leges COLLEGIV, PILARGVRV et similia, EMERV, et sublata littera *t*, VIVON.

CAP. XVI.

De declinationibus veterum Latinorum.

Pauca sane et plerumque incerta sunt quae ab antiquis Grammaticis de declinationum veterum casibus accepimus: nec tamen satis proficere possumus ex monumentis quae ad nos pervenerunt. Constat id experientia, nullum hactenus exemplum reperiri nominativi pluralis in *oi*, *oe* aut dativi et ablativi in *ois*, *oes*, quos scimus a veterrimis usurpatos. Apud Festum ex lege Numae recitantur haec verba: *Janui Quirino agnum marem caedito* quae ferme olim scripta *Janoi Quirinoi acnom marem caiditod.* Alibi p. 206 ab eodem citantur *Pilumnoe poploe* ex carmine saliari, tum ab epitomatore Paulo p. 86, *Fescemnoe*, et apud eumdem legimus p. 19: « *ab oloes* dicebant pro *ab illis* ». Dativi exempla Marius Victorinus petit ex libris veteribus, atque ex peritorum quorumdam scriptis (de orthogr. c. 4. p. 26. edit. Gaisf.) *cameloi*, *caproi;* sed haec recentioris sunt aetatis in qua valuit graeca consuetudo in graecis vocabulis transferendis, ut e. g. *cosmoi*, vel *cosmoe* scriberent, quae verba hodieque leguntur in Cic. II Rep. c. 33, ad quem locum revocat Maius ex Mela l. 2 *Heniochoe*, et Osannus *canephoroe* ex Cic. IV Verr. 2, 5, addasque licet *Locroe* ex Quintil. X, 1, 70, quod exemplum post Schneiderum excitavit Zumptius.

Iuvabit hoc loco contexere ex monumentis collecta schemata singularum declinationum, ut statim appareat quam pauca sint quae aetatem tulerunt.

Declinatio prima.

Nom.	*a*, *as*	ROMA, VALENTIA, PAAPIA, AESILLAS, SALVENA (masc. n. pr.), VOLTA (masc. n. pr.), POENA (masc. n. pr.).
	e	PRVNE, IIKOCIVVII, PABATE (masc. n. pr.).
Gen.	*ais*, *as*	PROSEPNAIS, EVTICHIAIS, FAMIKIAS.
	ai, *a*	AECETIAI, COIRA.
		DEIA LIBERA.
	aes, *es*	AQVILLIAES, MONIMES.
Dat.	*ai*, *a*	FORTVNAI, KOVCINA.
	ie, *e*	VICTORIII, VIISVNII, IIRINII, DETRONE.

Digitized by Google

Acc.	*am, a*	LOVCANAM, CORSICA.
Voc.	*a, e*	
Abl.	*ad, a*	HINNAD, AMBRACIA.
Nom. pl.	*ai, a*	TAMPIAI, MATRONA.
	as	COLLEGAS, quod exemplum ab amico accepi, qui epigraphen integram vulgabit.
Gen.	*asom, arom*	
	om	
	um	
Dat.	*ais, as*	DEIVAS CORNISCAS.
Acc.	*as*	
Voc.	*eis, es*	NVGES.
Abl.	*eis, es*	

Declinatio secunda.

Nom.	*os, o*	VECOS, CASIOS, COMIO.
	om, o	POCOLOM, POCOLO.
	us, u	CLAVDIVS, ALBINV.
	um, u	PROBVM, COLLEGIV.
	es, is, i, id	AIEDIES, AFARIES, AMVCES, VIBIS, FVRIS, ALIS, MINVCI, ALID.
Gen.	*i, ei*	VECI, OSTIEI, MAGISTREI.
Dat.	*ei*	ALEI, LADINEI, LOVKDEI.
	o, e	HERCLO IOVIO, SACRICOSTII, IIRINII.
Acc.	*om, o*	DONOM, DONO, VIRO.
	um, u	MOIRVM, GREMIV, DONV.
Voc.	*e, i*	*Furie, Furi.*
Abl.	*od, o*	OQVOLTOD, LADINOD, IDNOD, OCRICLO.
	ud, u	FACITVD, CONSOLTV, DECRETV.
Nom. pl.	*oi, oe*	*Cameloi, Pilumnoe.*
et Voc.	*ei, e*	FEILEI, PLOIRVME, FALESCE, IIII·VIRE.
	eis, es, is, i	HERENNIEIS, PAGEIS, ATILIES, DVOMVIRES, MAGISTRES, MAGISTRIS, MAGISTRI.
Gen.	*osom, orom*	*Olo*ROM, DVONORO.
	om, o	AISERNINOM, ROMANOM, SOVOM, AISERNIO.
	um, im	DEVM, SERRARIVM, AISERNIM, *Procum, Patricium* (Festus, p. 249 ex tab. censoriis).
Dat.	*ois*	IOVIOIS, NVCLOIS, in Sulmonensi titulo (Momms. I. lat. antiquiss., p. 555) potest accipi pro casu tertio plurali.
	oes	*Oloes.*

Digitized by Google

Acc.	*os*	ATESTINOS.
Abl.	*eis*	VEIBEREIS.

Declinatio tertia.

Nom.	*os, us*	OPOS, VENOS, OPVS, VENVS.
	n, o, u, s, x	NOMEN, CAPITO, CREMIO (fem.), PATER, CERES, LEX.
	is, i, es, e	AIDILIS, AIDILES, MILITARES, MILITARE, MENATES, FEIDENATI.
Gen.	*us, u*	VENERVS, NOMINVS, CAPITONVS, PATRVS, CERERVS, TICONV.
	eis, es	PARENTEIS, SALVTES, CERERES, APOLONES.
Dat.	*ei, e*	OPEREI, HERCOLEI, IVNONEI, APOLONEI, PATREI, LEGEI, HERCVLE, IVNONE, IOVII, PATRE, MATRE, SALVTE.
Acc.	*em, e*	AEDEM, VRBE.
	im, i	TVRRIM, PARTI.
Voc.	*e*	DITE.
Abl.	*ed, e*	NAVALED, PRAESENTED, SERVILE.
	ei, id, i	FONTEI, SALVTEI, OMNEI, AERID, OPID. NOMINI, SANCTIONI, MARMORI, HEREDI.
Nom. pl.	*eis, ei, e*	CEIVEIS, ALPEIS, EISDEM, EIDEM, IEI, PISAVRESE.
	is	PRAETORIS, IOVDICIS, TVRRIS, FINIS.
Gen.	*om*	POVMILIONOM.
	ium, um	MVNICIPIVM, TERMENSIVM, PARENTVM, TERMESVM.
	u	MERCATORV.
Dat. Abl.	*eis*	EEIS, EIEIS.
Acc. Voc.	*eis*	

Declinatio quarta.

Nom.	*os, us*	MACISTATOS, SENATVS.
Gen.	*uos, uo*	SENATVOS, SENATVO.
	us, u, i	SENATV, SENATI.
Dat.	*uei*	SENATVEI.
	ue, u	

Digitized by Google

Acc.	*uem, ue, um, u*	SENATV.
Voc.	*us*	
Abl.	*ued, ue, ud, u*	MACISTRATVD, CASTVD, SENATV.

Nom. pl. Acc.	*us*	Dat. Abl.	*bus*
Gen.	*uom*	Voc.	*us*

Declinatio quinta.

Nom.	*es*	DIES.
Gen.	*eis, ei* *es, e, i*	DIEIS, DIEI, DIES, DIE, DII.
Dat.	*ei, e*	DIEI, DIE, FIDE.
Acc.	*em*	
Abl.	*ee, e*	

Nom. pl. Acc.	*eis, es, e*	Dat. Abl.	*bus*
Gen.	*om, um*		

Singularia de verborum coniugatione.

Praes.	2.ª pers. sing.	*us*	SPATIARVS.
	3.ª pers. sing.	*a*	CVPA.
	3.ª pers. plur.	*a*	DEDA.
		ont, on	EXFOCIONT, COSENTIONT, VIVON.
Praet.	1.ª pers. sing.	*ei*	PETIEI, CONQVÆSEIVEI.
	3.ª pers. sing.	*et, e, eit*	DÈDET, DEDE, FVVEIT, POSEIT (POSIIT, POSIT).
		is	COVENVMIS.
		ront, rot, ro	COIRAVERONT, DEDROT, PROBAVERO.
		re, ru, run	DEDERE, FECERE, EMERV, LOCAVEERVN.
2 Fut.	.....	*us*	VTARVS.
Plus. perf.	3.ª pers. plur.		ADIESENT.
Inf.	.....	*er*	OITIER.
Conj. imp.	3.ª pers. sing.		VELET.

Digitized by Google

CAP. XVII.

Parergon de versu Saturnio.

Habemus pauca ex tota antiquitate versuum saturniorum monumenta, quae veluti ex naufragio enataverunt. His igitur utemur; et quoniam Grammatici veteres complura ex hoc genere legerunt, deque his meditati sunt scitu digna, aequum est ut eorum iudicio acquiescamus, praesertim cum litteratores nostrae aetatis certiora non videantur proferre.

Versus quibus olim vates oracula fundebant ii sunt, quos vocant saturnios (Varro de L.L. VII. 36); nec tamen reperti ab Italis, ait Maurus Terentianus (p. 2439 P.; cf. Atilium Fortunatianum, 2679 P.), ideoque saturnios denominatos, ut credidit vetustas; sed est eorum origo graeca, illique metrum istud certo modo dederunt: latini mox poëtae rudem sonum secuti, ut quaeque res ferebat, sic disparis figurae versus vagos locabant. Quae recte dicta esse putat Ritterus (Elem. Gramm. lat. p. 66). Nam cum metrum saturnium constet duabus partibus, primaque sit testimonio plurium iambica, vel sit senarius iambus totus ex sententia Diomedis, iam patet, ait Ritterus, origine latinum esse non posse; pronuntiatio enim latina trochaica est et dactylica, non iambica. Haec quidem recte grammaticis veteribus consentanea: verum Hermannus, inventa anacrusi, docuit, quomodo saturnii versus possint scandi per trochaeos; quod si verum est, illa, quam Ritterus unice adduxit, ratio tolletur, et itala origo versibus saturniis vindicabitur, quamvis ad graecorum modum veteres nostri, ut pleraque omnia videantur effecisse.

Grammatici, qui primam versus partem per iambos scandebant, secundam per trochaeos, existimarint, necesse est, latinos antiquos versus durissimos fecisse, et lege identidem servata, alios tamen breviores, alios longiores inseruisse. Et re quidem vera Atilius Fortunatianus l. cit. fassus est, vix se invenisse apud Naevium saturnios, quos pro exemplo poneret. Idem alio loco p. 2698 passim et sine cura eo homines usos pronuntiat, maxime in tabulis quas triumphatores in Capitolio incidebant. Eius iudicio optimi sunt versus quinque qui sequuntur.

Ex tabula Regilli:

Duello magno dirimendo regibus subigendis.

Ex tabula Acilii Glabrionis:

Fudit, fugat, prosternit maximas legiones.

Ex Naevio:

Ferunt pulcras craterras aureas lepistas.
Novem Iovis concordes filiae sorores.

Metellorum in Naevium:

Malum dabunt Metelli Naevio poëtae

Digitized by Google

Hos ita scandit, ut prima pars sit iambicum dimetrum catalecticum, sive tetrametrum colobum, secunda trochaicum dimetrum brachycatalecticum, hoc est tribus trochaeis constans. Forma igitur haec esse intelligitur, ait Hermannus (Elem. doctr. metr. p. 614):

$$\acute{\upsilon} - \acute{\upsilon} - \acute{\upsilon} - \acute{\upsilon} \,|\, \overset{\prime}{-} \upsilon \overset{\prime}{-} \upsilon \overset{\prime}{-} \upsilon.$$

In his versibus spondeus et tribrachus ubique admittitur pro iambo et trochaeo; pro spondeo vero dactylus et anapaestus: at dactylum ab ultima sede exclusum putat Hermannus. Originem versus saturnii naeviani a iambico senario repetit Diomedes (p. 495 P.); itaque sic scandi vult ut sex iambi sint, et supersit syllaba in fine:

Summas | opes | qui re|gum re|gias | refre|git.

Contra Hermannus anacrusi inducta, de qua mox, sic scandit ut senarius sit trochaicus:

Sum|mas o|pes qui | regum | regi|as re|fregit.

Nunc ut intelligentia ad ea quae de saturniorum expendendorum ratione dicturus sum recludatur, exponam quae de arsi et thesi, de anacrusi, deque accentu et rythmo a grammaticis traduntur. Aiunt igitur in quolibet vocabulo aliquam syllabam necessario existere, quae pronuntiando elevetur, reliquae vero deprimantur. Latini elevant penultimam aut antepenultimam, nec ulterius linguae suae proprietates progredi possunt: illa igitur syllaba quae elevatur, arsin seu elevationem habebit; reliquae quae ponuntur, thesin, ut in hoc: páter, eo quod pronuntiatio latina sit trochaica, habet arsin in *pa*. In vocabulis trium aut plurium syllabarum, si penultima est brevis, arsis habetur in antepenultima, si longa est, erit in penultima ut pópulus, románus.

Quaeque vox in duas partes dividitur; in eam nempe quae habet arsin, et in eam quae hoc ictu destituitur: illa pars quae habet arsin, arsis appellatur; quae arsi caret, thesis dicitur. Sic in « pópulus románus » *po* et *roma* dicuntur arses, *pulus* et *nus* dicuntur theses: in « consilium » et « depositióne » *consi* et *depositió* sunt arses, *lium* et *ne* sunt theses. Haec grammatici. At Bentleius et qui eum sequitur Hermannus tenent arsin esse in unica syllaba illa quae arsi notatur, caeteras vero syllabas esse thesim. Praeterea partem vocis, quae ante ictum est, Hermannus vocat anacrusin, quoniam nec ab ictu sive arsi pendet, neque arsis est.

Item Grammatici aiunt, ut in recitando pronuntiatio trochaica est, ita in scandendo sedes accentus in extremam syllabam transfertur, et est pronuntiatio iambica; differt igitur in qualibet voce accentus pronuntiantis ab accentu scandentis: ille proprie accentus dicitur, iste numerus seu rhythmus; ille fit toni elevatione, iste gignitur brevibus et longis. Inde consequens

Digitized by Google

est ut in pronuntiando idem sit trochaeus et iambus, at in scandendo alius in trochaeo, alius in iambo numerus censeatur.

Dixi quae de anacrusi, arsi, thesi, accentu, numero seu rhythmo tradi solent; nunc ad leges progrediar quae feruntur ut numerus versuum saturniorum inveniatur, quae quidem certe probabili coniectura et opinione continentur; verum enimvero eas nosse opus est ut plane constet quae sit recentiorum grammaticorum doctrina.

Versus saturnii in duas partes dividuntur; primam partem scandes vel per anacrusin et tres trochaeos iisque pares in hunc modum

Fu|dit fu|gat pro|sternit;

vel per tres iambos iisque pares et semipedem

Fudit | fugat | proster|nit.

Secundam partem scandes per tres trochaeos, similesve

Maxi|mas legi|ones.

Haec est mensura saturnii, quando est optimus, nempe integros habet pedes sex et semipedem. Cum vero non integros habet pedes, tunc qui scandere solent per anacrusin, sciant has leges circumferri.

Thesis cuiusque pedis potest omitti, praeterquam finalis primae partis, et initialis partis alterius. Itaque sic scandi iubent hemistichium primum versus tertii carminis in Scipionem Barbati filium

LVCI|OM | SCIPI|ONE | — FILI|OS BAR|BATI

et quintum ex elogio Barbati

TAV|RASI|A, CIS|AVNA | — SAMNI|O | CEPIT

Thesis in singulis partibus semel potest supprimi; itaque sic scandes versum quartum carminis sorani per iambos et trochaeos

DONV | DANVNT | HER|COLEI | — MAXSV|ME | MERETO

Solutio arsis fit cum pro una syllaba longa duae breves ponuntur. Hiatus est cum *m* finalis vel vocalis in fine cum vocale sequentis vocis non eliditur. Caesura est terminatio partis metri simul cum ordine vocabulorum, ita ut nulla syllaba supersit.

Haec tria non obstant in hoc rudi carmine, quominus censeas te recte scandere: exemplo sit versus secundus praedicti carminis de Barbati filio

DVONORO OPTVMO FVISE VIRO viroro

Sic scandes per iambum et trochaeum

Duono|ro o|ptumo | fu|ise vi|ro vi|roro

Sic per anacrusin

Duo|noro | optu|mo fu|ise vi|ro vi|roro

Si elidis *ro o* erit thesis omissio; si non elidis erit hiatus.

Digitized by Google

Hic versus sine caesura est; prima enim metri pars cum ordine vocabulorum non terminatur, sed a *fuise* syllabam accipit duasque remittit ut pes procedat; nempe dactylus pro spondeo; quod item stat pro trochaeo.

Haec placita, quae nec iudicare mihi in animo est, nec tanti sunt ut oporteat, duxi enarranda, ut quid de saturnii natura grammatici veteres et recentiores dicunt non ignoretur. Placet nunc carmen naevianum referre quale nobis servavit Gellius, restituta orthographia eius temporis coniectura probabili. Naevius igitur suo inscribendum sepulcro mandavit hoc epigramma.

MÓRTALÉIS INMÓRTALÉIS — FLÉRE SEI FORET FAS·
DEIVAI CÁSMENAI FLERÉNT — GNAIVIÓM POETAM
ITAQVE PÓSTQVAM EST ÓRCEINÓ — TRÁDITVS TESAVRO
ÓBLEITEI SVNT RÓMAi LIN — QVÁ LOQVIÉR LATEINA

In Gellii manuscriptis legimus hodie *Romani loquier latina lingua* quem locum certe corruptum, ita, ut vides, corrigendum suadeo metri causa.

CAP. XVIII.

Parergon 2. — De festinata forma litterarum latinarum, quam cursivam dicimus.

Exposui initio quae de forma vetustissima litterarum latinarum nobis innotuerunt; dixi etiam de secuta permutatione quarumdam; tum nolui silentio praeterire lineares tres figuras quae in latinis titulis occurrunt, id est *e* et *f* et *l* sic scriptas ||, |ı, |ı: indicavi etiam dissutas lineas litterae ΛΛ in titulo casinate in quo recepta apparet littera |ı. Nunc puto neminem fugere posse, quam arcte haec coniuncta sint cum originibus illius scripturae properatae quam appellamus vulgo *cursivam*. Huius enim cum natura sit, ut litterae raptim cursimque stilo exarentur, aut calamo pingantur, necessario factum est ut veteres linearibus uterentur elementis.

Et de formis quidem cursivis quae aetate augustea, diuque post sunt usurpatae, satis superque egi in opere *Graffiti de Pompei;* hic quoniam ago de liberae reipublicae tempore, revocabo in mentem quod in illo libro aperte dixi, nullum me invenisse titulum graphio scriptum litterisque cursivis, qui saeculum octavum iustis de causis antecederet. Omnes illi tituli qui aetatem certam produnt, nempe Pompeianus an. 675, Canusinus an. 687, et ex Romanis sancaesariensibus qui aetatis sullanae esse putantur, charactere quadrato conscripti sunt. Laminam vero illam plumbeam musei Kircheriani, quam delineatam accurate edidi in lucem in Ephemeride archeologica neapolitana, cur liberae reipublicae aetati fuerit qui attribueret nunquam intellexi; nam neque ob litteraturam, neque orthographiae causa illam necessario refert aetatem; imo si comparationem instituas cum epigraphis pom-

Digitized by Google

peianis, huius laminae romanae alphabetum simile pene geminumque invenies alphabeto quod in inscriptionibus annis his 770, 771, 772, 774 exaratis in eo oppido deprehendas. Cum igitur haec ita essent, cumque hactenus inscriptionibus destituerer, quae fidem facere possent de litteraturae cursivae ante saeculum augusteum natura, summi procul dubio visa sunt mihi esse pretii fragmenta duo scripturae cursivae non ita pridem ad me allata a Fr. Gamurrinio musei etrusci Florentiae praefecto. Reperit is igitur in aretino agro duo ex argilla rubra fragmenta paterarum, in quibus scripta quaedam verba erant, quorum interpretationem ab Instituto borussico Romae insidente frustra flagitarat. Arripui avidius oblatam fortunam, inveniebam enim quod diu quaesiveram, scripturae cursivae aetatis liberae reipublicae ad quatuordecim litteras in brevi licet epigraphe. Fuit tamen dolendum maxime quod litterae *b*, *d*, *q* non occurrerint, quas magnopere desiderabam.

Litterae igitur istae quae numerantur sunt eiusmodi.



a c e h i l m n o p r s t u

Forma *a* orta esse videtur ex Λ; reliquae satis notae sunt ex his quae docui in libro illo *Graffiti de Pompei*, ubi differentias litterarum singularumque naturam multis indicavi. L hic angulata effingitur: linearum formam habes in titulis nonnullis, in vasculis duobus sancaesariensibus. *O* infra hiat, sed quam facile distinguas, cum semel arripueris singularem litterae *a* figuram. Leges igitur sic:

a



b

a		*b*
. . es	Pe	meti
. . em	P	acet
A)rchilavi		pul
A)mpionis		cim
Ep)apraes	ls	
On)esum(i	C	

Digitized by Google

Archaicae orthographiae indicia sunt *i* pro *e* brevi, praeterea digamma in *Archilavi*, tenuis pro aspirata in *Ampionis*, *Epapraes*, *Meti*; *u* pro *i* in *Onesumi*, *i* pro *u* vel *y* in *Cim(inum)*, *Meti(mnaeum)*.

CAP. XIX.

Canones palaeographici.

A in lapidibus et nummis romanis (excepta voce *Roma*) unice adhibetur toto saeculo sexto et deinceps: in nummis latinis frequentior, in nummis coloniarum inferi maris pene unice uno aut altero exemplo exceptis, in titulis vero praenestinis lapideis latinisque frequentissime.

Λ in titulis aere incisis itemque pictis, in titulis latinis Sabinorum, Marsorum, Capenatium, Faliscorum, Pisaurensium passim usurpatur: item in nummis Apuliae et romanis Campaniae.

Λ saeculo extremo quinto et media parte sexti est usus fere promiscui cum A in urbis nomine *Roma* nummis inscripta. Ab a. circiter 560 ad 580 huius formae Λ maior est numerus, media plus parte, quam A. Ab a. 580 ad 610 raro usurpatur Λ, cessatque post eam aetatem.

A saeculo urbis quinto usurpari coepit, nec diu mansit, perraro post medium saeculum sextum adhibetur.

C, C, G litterae usus incipit circa medium saeculum quintum, praevalente adhuc littera C pro *k*, *g*, *c*.

K incipit c. a. 500, et adhibetur fere unice ante litteram A. saeculo sexto et septimo.

ᒪ usus solemnis cessat fere saeculo sexto: ultra eam aetatem adhibetur in quibusdam titulis in Etruria insculptis et aliquando in nummis familiarum.

L mediae formae ante saeculum sextum non usurpatur.

L quadrata initio apparet saeculi sexti, adhibeturque identidem cum *l* acuta et mediae formae per saeculum sextum; saeculo autem septimo sola regnat.

O, viguit saeculo quarto et quinto, obsoleta forma, post eam aetatem.

Π quadratum raro in lapidibus usurpatur saeculo quinto et sexto: in nummis, poculis, vasculis, similibusque etiam saeculo septimo vertente adhibetur.

Π lunula hiante communis est saeculo quinto, sexto et septimo.

P clausum non raro apparet saeculo quinto et sexto, eius frequens usus saeculo septimo est.

Y adhiberi coeptus est in paucis aetate sullana, cum antea V eius loco usurparetur vel I, quae consuetudo mansit.

Litterae initiales in titulis ad aetatem usque augusteam, integrique versus forma super ceteras litteras eminente, saeculo sexto et septimo nonnunquam usurpatur.

Numeri subtractione magis quam additione signati: inde ortae formae V., ↓, D, ↀ, ↀ.

Digitized by Google

Puncta in fine versuum apposita sunt post siglas aut voces imminutas idque saeculo septimo reip. liberae: neque facile vocibus integris additum punctum in fine versuum invenies ante annum 700.

CAP. XX.

Canones orthographici.

Consonantes duplicandi usus coepit ante Ennium, post medium saeculum sextum exempla habet rara usque ad annum u. c. 620.

Usus inde invaluit adeo ut ab a. 620 ad 670 consonantium duplicatarum numerus duplo excedat non duplicatas. Leges paulatim a pristino more discedunt, donec numerus geminatarum sit fere duplus.

Afflatus vocalium initio vocum omissus est perraro idque post medium saeculum septimum.

Afflatus consonantium adhibitus est fere promiscue ab aetate mummiana ad a. 660: ab a. 660 ad 700 magis est adspiratum, nec tamen exempla adspiratarum plus quarta sui parte numerum non adspiratarum excedit.

IN in compositis ante P saeculo septimo verti coepit in IM primum aetate mummiana: aetate vero sullana constanter IM usurpatur.

At QV pro CV fere pertinet ad saeculum septimum medium.

XS apparet primo in epistola consulum a. 568, deinde adhibetur in fragmentis Legum a. u. 621-36, 643. Tandem revocatur aetate Augusti, in qua usurpatur frequenter.

Nomina secundae declinationis in OS, OM cessant circa saeculum sextum medium: declinatio in VS, VM circa a. u. c. 500 vel paulo ante oritur.

Litterae finales pertinentes ad declinationem OS, OM in antiquioribus servatae, deinde passim omittuntur. R finita tertiae raro apocopen patiuntur, itemque T finalis verborum saeculo quinto et sexto.

E pro I usurpant antiquissimi; huius usus saeculo sexto iam rarior est.

Antiqui moris fuit V vertere in O subsequente L: V vel O promiscue iam adhibetur prima parte saeculi sexti: rarior deinde O, saeculo septimo per V scriptum, paucis titulis exceptis, qui veterem orthographiam imitantur.

Diphthongus AE loco AI in radicibus vocabulorum incipit usurpari bello punico primo: durat vero paucis exceptis saeculo sexto; rarior iam in septimo.

AE in declinatione vocum incipit parte extrema saeculi sexti. Circa finem saeculi septimi et aetate augustea vetus AI reviviscit.

AV coepit mutari in O et O in AV saeculo sexto, mansitque usus in perpaucis saeculo septimo.

EI pro I longo in radicibus vocum ad antiquissimam linguam sic pertinet, ut eius consuetudo nunquam sit intermissa.

Digitized by Google

OE diphthongus medio saeculo septimo incipit locum tenere OI; fluctuat tamen annis viginti fere promiscuus, qua aetate *murus* pro *moirus* constanter, *ludus* pro *loidus* aut *loedus* rarissime scribitur.

OV diphthongus pro OI primum exemplum habet in carmine Protogenis saeculo fere septimo.

O ex OV ortum saeculo quinto, inde manavit in sextum.

Vocalium A, E, O, V duplicatio inducta saeculo sexto excitata et adhibita saeculo septimo, Suasore Accio, duravitque ad Sullam usque et ultra.

Duplex II ab osca consuetudine orta saeculo sexto, usurpari coepit aetate fere ciceroniana et caesariana, nec nisi inter duas vocales, et consonantem ac vocalem.

I prosodiacum ceteras supereminens litteras initio saeculi septimi orta coepit propagari aetate sullana.

I euphonicum Latinorum est proprium ponitur etiam pro ĭ brevi pinguioris soni exprimendi gratia: item II vel IEI eadem aetate pro ī longa usurpatur.

Vocalibus longis punctum imponi coeptum fortasse post medium saeculum sextum: serius post Sullam circaque a. u. 680 punctum vel sicilicus in vocalibus A, E, O, V pro geminatione usurpatur.

Digitized by Google

PARS NUMISMATICA

INSCRIPTIONUM LATINARUM ANTIQUISSIMARUM.

CAP. I.

Nummi Romanorum, typis non romanis, et inscripti *Roma*.

1. ROMA in postica.

Caput deae adversum tectum galea tribus cristis insigni: ipsi capillus intortus, et inaures ex gemmis glandis specie; circa collum monile.

Bos ad dextram pergens ore obverso; supra caduceus.

Est in Kircheriano: similes quatuor inventi sunt in aquis vicarellianis.

2. (= 2.) ROMA in exergo posticae.

Typi iidem, sed pro caduceo est littera ⊢.

Capillus deae, qui in praecedente asse est intortus, hic apparet solutus; monile omissum. Est in Kircheriano.

His typis, additaque littera ⊢, tres in aquis vicarellianis reperti. Mommsenius dat RoMA, *o* minuto et cruribus litterae *m* mediis ad basem demissis, male utrumque; *o* mediae est formae. In assibus his, ait Mommsenius, cerni ⊢ hodie tradi solet. Marchius in tabula √, neque ⊢ nisi ad marginem pingi iussit: quaeritur igitur adhuc num vere ⊢ ibi deprehendatur. Fortasse ancoram vel simile quid, neque litteram, monetarius eo loco pingere voluit. Coniecturis his, quibus se ad scribendum accessisse probat sine idonea monumentorum notitia, illud etiam gravius accedit, quod falso ait Marchium in tabula pingi iussisse √, et ad marginem addidisse ⊢ (tab. 5, inc. n. 15), ea de causa quod addubitaret. Marchius enim non ea de causa omisit, verum quia nondum ei exemplum bonae flaturae occurrerat: hoc demum cum esset nactus, delineatum dedit in supplemento n. 1 (leg. descript. p. 38).

3. (= 4.) *a*) RoMA in postica, triens.

Caput deae hastatae, cuius comae pars calamistro compta in collum fluit, pars intorta et retro acta ex cervice per medium verticem ad cristae modum frontem pertingit; frons lamina ornatur duabus quasi pinnulis instructa dextra laevaque.

Digitized by Google

Hercules iuvenis a tergo centaurum adortus, iniecta eius capillis manu, clavam intorquet.

Nota pretii est triens; pondus aequat unciam et tres partes.

b) ROMA, quadrans.

Caput iuvenile, capillo crispo, tectum spolio apri.

Taurus cursu ruens, infra draco.

c) ROMA, sextans.

Corvus stans, ante flos, quem pene rostro attingit.

d) ROMA, uncia.

Caput solis adversum, radiatum, clamydem habens in pectore gemma constrictam.

Luna', intra cuius cornua stellae duae.

Series haec percussa cum assis pondus esset unciarum fere quatuor et semis. Deinde paulatim asse deminuto, et feriri coepto pondere quadrantario, quadrans unice cusus est addita pro signo spica, pondere unciali. Idem quadrans paulatim redactus est ad semunciae et sicilici pondus, iisdem typis retentis.

Officina horum nummorum adhuc ignoratur; tamen mihi certo constat nunquam in Apulia quemquam eorum fuisse visum, qua in regione cusos opinatur Mommsenius, qui et *m* in *Roma* depinxit cruribus mediis ad basem demissis, typosque male descripsit, hastamque deae non indicavit.

In quadrante caput ait esse Iunonis sispitis; at contra, caput est non illud quidem Iunonium caprina pelle tectum, sed hominis tecti apri spolio. Scipio Maffeius et noster Eckhelius, D. n. V, 48 id dudum monuerunt: at frustra.

4. (= 13*g*) ROMA vel ROMA in postica.

Bifrons imberbis laureatus.

Minister sacrorum limo cinctus, genuque nixus, porcum sustinet, quem armati duo, alter barbatus lanceam tenens, imberbis alter brevi iaculo instructus, mucrone pugionis configunt.

Aureus est pendens gr. gall. 6-7: eius dimidium pendet gr. gall. 2 ½-3.

5. (= 13*g*) ROMA in postica, XXX in antica.

Aureus typis iisdem pendet gr. gall. 4. Mommsenius post alios putat repraesentari in posticae typo sacerdotem sacrificantem porcum adstante utrinque milite. At est manifeste ille ritus foederis feriundi vel coniurandi, de quo dixi in Ephem. neapol. mea, et Minervinii a. 1, pag. 68: in quo adolescens nobilis limo cinctus porcam vel porcum marem sustinet, quem duo armati gladii mucrone configunt.

6. (= 13*l*) *a*) ROMA vel ROMA, ROMA in postica, semel ꝓOMA sic scriptum lego in nummo qui est apud me, litteris extantibus.

Bifrons imberbis laureatus.

Digitized by Google

Iuppiter imberbis vel barbatus quadrigae insistens, sceptrum tenens, fulmen intorquet, aurigante Victoria.

Argenteus denarius est epigraphe modo impressa, ROMA vel ROMA modo extante. Pendere solet grammata 5-7.

b) Est et quinarius, dimidio pondere, iisdem typis, pendens gr. 3.

c) Est et litra aerea typis iisdem pendens grammata 5.

7. ROMA in postica.

Bifrons imberbis laureatus.

Equus saliens ad dexteram.

Vidi in museo Santangeliano: libella argentea est pendens gr. 0,65, decima denarii pars.

8. ROMA in postica.

Caput deae galea tectum: ad dexteram corona.

Vidi in museo parmensi. Libella argentea est pendens gr. 0,65. Libellam olim fuisse ex argento partemque decimam denarii antiquioris, testatur Varro L. V. de LL. n. 174. « Denarii denos aeris valebant. Nummi denarii decuma libella, quod libram pondo aeris valebat et erat ex argento parva ». Idem in Annalibus apud Charisium p. 105. ed. Keil. « Nummum flatum primum a Servio Tullio dicunt: is quattuor scrupulis maior fuit quam nunc ». Quem locum varie exagitarunt viri docti, et indocti. Nummus primus argenteus ille est dicendus quem retuli n. 6, qui vere quatuor scrupulis maior est quam denarius aetatis varronianae; cuius decima pars seu libella haec erit quam dedi duplici specimine.

9. (= 13*k*) *a*) ROMA in postica.

Caput iuvenile malis nonnunquam lanugine florentibus, galeatum; pone clava.

Equus effrenis, saliens: pone clava.

Est denarius argenteus, cuius extat nummus aereus, seu litra typis iisdem.

10. (= 13*m*) ROMA in postica.

Caput Herculis imberbis tectum spolio leonis: pone clava.

Equus volans: pone clava.

Nummus est aereus pendens gr. gall. 6-7.

11. (= 13*h*) RoMA in postica.

Caput iuvenile galeatum, malis florentibus lanugine prima: in galea gryphus.

Protome equi frenati: pone falx.

Est denarius argenteus, cuius extat quinarius cum epigraphe RoMA et nummus aereus iisdem typis et epigraphe. Mommsenius errat, cum ponit caput equi modo frenati, modo effrenis; item falso strigilem esse dicit, quae est falx arboraria.

Digitized by Google

12. (= 13 *i*) *a*) ROMA in postica.
Caput iuvenile laureatum coma in cervicem fluente.
Equus effrenis saliens.
Est denarius, cuius extat quinarius, et litra aenea iisdem typis, nisi quod in aere equus frenatus apparet.

13. (= 13 *p*) ROMA in postica.
Caput deae galea phrygia tectum, offendicibus solutis.
Canis gradiens.
Aereus nummus minimi moduli, pendens gramma gall. et semis.

14. (= 13 *o*) ROMA in postica.
Caput deae galeatum.
Duo cornucopiae simul iunctae ut in nummis Vibonis Valentiae et similibus.
Nummus aereus extat nunc in Kircheriano, pendens gr. gall. duo et semis.

15. (= 13 *r*) ROMA vel RoMA in postica.
Caput muliebre corona turrita cinctum, comptumque inauribus.
Eques equo admisso scuticam quassans.
Nummus aereus pendens gr. gall. 5 ½-7.
Ex his inventi triginta et unus in aquis vicarellianis.

CAP. II.

Nummi Romanorum typis non romanis inscripti

Romanom, Romano, Roamos, Rommos, Romms.

16. (= 1.) ROMANOM in postica.
Aquila adversa volat, fulmen unguibus ferens.
Equus alatus admisso gradu tendens ad sinistram. Pendet asses fere quinque aeris gravis.
Inventum est aes in agro veliterno, aiunt Fea, Miscellan. II. 195, et Eckhel, Syll. I. 98, illatumque in Museum Borgianum Velitris. Post plures annos in Aemilii Brauni manus cum venisset, emptum Marchius in Kircheriano collocavit.
Inscriptio certissima? tamen Mommsenius scribere non dubitavit p. 9: « M reperitur post O in *Romanom*, quod et singulare est et dubium ».

17. rOMANOM in postica.
Typi iidem ac praecedentes.
Descripsit Lanzius Saggio II. p. 127: ignoraverunt Mommsenius et Ritschelius. Nuper ex Museo Guadagnio transiit in Museum Britannicum.

18. ROM... in postica.
Fragmentum aeris cum parte typorum n. 1. 2 descriptorum. Inventum

Digitized by Google

ad Tormarangio, quae est turris amaranthiana (vicum dixit Mommsenius): illatum est in Museum Kircherianum a Marchio.

19. (= 13.) ROMANO in postica.

Caput Martis barbati galea tectum: pone ramusculus quernus.

Protome equi frenati: pone spica.

Denarius est argenteus, cuius extat libella inscripta ROMA iisdem typis edita a Fiorellio, Ann. di Numism. 1846, p. 23, sed mihi non visa in qua omissus ab editore ramusculus, in nummo detrito, facile aciem intuentis elusit: inscriptio mihi videtur imminuta defectu metalli, atque supplenda ROMAno.

20. (= 13*a*) *a*) ROMANO in antica et postica.

Caput deae galeatum.

Protome equi frenati.

b) ROMANO in postica.

Iidem typi. Sub protome equi in postica legitur SVES litteris leviter extantibus fortasse ex repercusso nummo Suesano manentibus. Fuit Romae apud Depoletti negotiatorem antiquarium.

c) ƆOMAOЯ, ROMMOC, ROMΛΛC typis iisdem.

a. b. c. aenei sunt pendere soliti gr. circa 6-7.

Tres hi nummi sub littera *c* relati non differunt a praecedente *b* nisi tituli orthographia. In primo etiam, quem accepi a Lovattio, accedit gryphus in deae galea. Cum sigma lunulae simile nunquam adhibitum sit ab artificibus Campanis, usurpatum vero appareat in Italia a Tarentinis et Asculanis apulis, inde necessario deducimus ab artificibus graecis fuisse, vel Tarentinorum vel Asculanorum Apuliae aliarumque regionum, qui barbara promiscuitate alphabeti latini et graeci, barbara etiam corruptione vocis, insculpserint *Roamos*, *Rommos*, *Romms* et similia, pro *Romanos*, quod patet eos voluisse ad graecam consuetudinem nummorum inscriptorum TAPANTINOC (*νοῦμμος*), YPIANOΣ, KAMΠANOΣ.

d) In Museo Britannico olim vidi nummum eiusmodi inscriptum ЖOMA VIII T circa protomen equi frenati: pone astrum.

In antica caput iuvenile diadematum pone meandri signum ⊟ ⊟.

Iuvat his conferre nummum simili typo et inscriptum KAƧIO, quem vidi in Museo Florentino ab aliquo principe gallo Cassii nomine percussum.

21. (= 13*c*) ROMANO in postica.

Caput Herculis imberbis diadematum, habens spolium leonis nodo constrictum circa collum et clavam.

Lupa geminos lactans.

Denarius argenteus pendens gr. gall. amplius septem.

22. (= 13*b*) ROMANO vel ROMANO in antica.

Caput Apollinis laureatum fluxo capillo.

Digitized by Google

Equus effrenis saliens; supra astrum.

Denarius argenteus est pendens gr. gall. amplius septem.

23. (= 13 *d*) ROMANO in postica.

Caput deae galea phrygia tectum, offendicibus solutis; pone sigillum artificis varium.

Victoria apta alis, veste fluente, pene nuda, ramum palmae tenens, pendentem ex taenia coronam ferentem: pone graeca aliqua littera modo simplex modo gemina distinguens typorum numerum.

Denarius argenteus pendens gr. gall. amplius sex.

24. . . ИΛMO . . litteris retrogradis in postica.

Caput Apollinis laureatum.

Bos humana facie a supervolante victoria coronatus.

Nummus est aereus, quem reperi unicum in ingente nummorum acervo eruto ex aquis vicarellianis. Pendet fere gr. gall. 5; nam est male habitus.

25. (= 13 *e*) *a*) ROMANO vel ROMAno in postica.

Caput Apollinis diadematum, capillis nodo constrictis ad cervicem.

Leo pedis sinistri unguibus pugionem ori insertum tenens: satis absurde describitur a Mommsenio leo gradiens et pedem attollens.

b) Nummus aereus ex. 1156 repertis in aquis vicarellianis hoc typo, cusus in lucerino nummo, pendens gr. gall. sex, semis. Lucerinus habuit in antica caput barbatum, in postica delphinum, eique subiectam litteram ⅂.

c) Hi nummi pendere solent gr. gall. septem. Sunt vero ex his qui duplum pendent, quorum exempla habeo penes me duo inventa in thesauro morinensi mihi descripto in Ephemerid. Instituti an. 1860, 132-39: aliquot etiam vidi in Vaticano et alibi. Similis ponderis, nempe gr. 14,00 est neapolitanus aereus musei Aretini cum epigraphe ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ et typis his:

Caput Apollinis laureatum, pone E.

Bos humana facie: supra astrum, infra M, in exergo E.

26. ROMANO in antica et postica.

Caput deae galeatum, capillum habens nodo constrictum ad cervicem.

Aquila fulmini insistens, alis apertis, pone gladius.

Nummus aereus, qui pendere solet grammata 17,00 teste Sambonio, « Recherches sur les monnaies de l'Italie, pr. part., p. 131 ». Est in museo berolinensi et neapolitano; vidi etiam Vindobonae, habeoque ex museo londinensi aere expressum.

Digitized by Google

CAP. III.

Nummi typis romanis cum epigraphe V, ⊢, ROMA ⊢, extra urbem, vel Luceriae flati.

27. V in postica.

Caput Iovis ad sinistram versum: infra nota pretii iacens, quae est semis.

Prora navis, supra littera V.

Semissis est flatus pondere quinque unciarum et semis: traditur inventus in agro romano. Similem descripsit Riccio, Repert. 30, sed ibi ⊢ acutam litteram expressit pro littera V, quod, cum possit esse verum, subit tamen dubitatio de homine tractante id temporis paulo cupidius nummos lucerinos.

28. ROMA in postica.

Caput Mercurii petaso tectum, et pretii nota.

Prora navis: item pretii nota.

Extant sextans et uncia cusi, referendi ad assem trientalem flatum.

29. ROMA in postica et ⊢.

Caput Iovis laureatum et nota S.

Prora navis, cuius insigne est ala et nota S.

Semis cusus pendens gr. gall. 47, 00; pertinet ad assem trientalem.

30. (= 25.) *a*) ⊢ in postica.

Caput Iovis geminum.

Prora navis et nota I.

As flatus pendens uncias fere ternas, eiusque semis item flatus, typis romanis et littera ⊢ in postica cum nota S.

b) ROMA in postica; et ⊢, quae in argenteis nummis est in antica, vel postica, in aereis in postica.

Extat victoriatus pondere gr. 2, 90, quinarius gr. 1, 90 apud me, sestertius gr. 0, 98. In quinario et sestertio caput deae galea phrygia tegitur cum capite gryphi, in postica dioscuri equis vecti.

Sunt ex aere cuso reliquae divisiones inferiores semisse: in his aliquando ROMA. Accedit his semuncia quae typum repetit sextantis sine nota ••, cuius loco in postica est signum pronum ∽. Vidi in Museo Vaticano.

c) Est et altera series in qua ⊢ cernitur in antica et in postica: haec quoque habet semunciam cum nota ξ quam vidi in Museo Vindobonensi cum epigraphe ROMA, pendet gr. gall. 3, 439, pertinetque ad seriem fere sextantariam.

d) Extra seriem est quadrans cusus cum typo Mercurii, et nota quadrantis in antica ubi et littera ⊢, et in postica ROMA. Vidi in museis

Digitized by Google

Kircheriano et Vindobonensi, habet etiam Ios. Lovattius: tamen nemo hactenus memoravit: pendet gr. fere decem.

31. ROMA in postica litteris incusis, vel extantibus, et littera ⅂.

Caput laurealum Iovis.

Victoria trophaeo coronam imponit.

Hac aetate cusus est victoriatus nummus pendens gr. gall. 3,41: duplex victoriatus pendens gr. 6,37: exemplar hactenus unicum. Item semivictoriatus. Deinde victoriati nummi pondus est deminutum, et pendere solet gr. 2,93.

32. *a*) ROMA in postica, vel ROMA, ROMA, ROMA, ROMA litteris modo incusis modo extantibus. Semel vidi in sestertio scriptum RMA, omissa littera *o*.

Caput deae galea phrygia tectum alis instructa, habente pro crista caput gryphi, pone nota quinarii V.

Castores hasta proiecta in equis currentes supra capita stellae.

His typis Romae cusus denarius cum nota X pendens gr. 4,05-28: quinarius cum nota V pendens dimidium, sextertius cum nota IIS pendens quartam partem, idque usque ad annum 550.

b) Hac aetate fusi Romae decusses uncias pendentes XL, cum nota X, et tresses cum nota III, quorum typi sunt caput deae galea phrygia tectum, alis omissis, cum capite gryphi. Prora navis.

c) Fusi sunt et dupondii cum nota II; sed caput deae galea corinthia tegitur: falso enim Mommsenius scripsit typum geminum esse decussi et tressi.

d) Eâdem etiam cernitur galea tectum deae caput in dupondio cuso, cuius exemplum hactenus unicum pendet gr. gall. 39,150, referesque ad assem uncialem.

Vidi apud Depolettium. Nummus est recusus, quod Mommsenium fugit, in semisse assis trientalis, cuius certe superant vestigia in antica prora navis et notae S, itemque nomen ROma: insigne navis est delphin.

Igitur ab an. 486 ad 550 circiter nummi argentei non deminuti feriri coepti cum nummis aereis deminutis, et primo quidem ab asse librali transitum est ad assem semissalem, deinde ad trientalem et quadrantalem, qui fusi, cum tamen eorum partes etiam cuderentur; deinde transitum est ad assem sextantarium et uncialem, qui feriri coeptus est lege lata an. u. 537, quo anno coepit aurum cudi, et pondus argenti aliquantum deminutum est; nam primo ex argenti libra cusi sunt denarii LXXII, deinde LXXX, postremo circa annum 550 ex argenti libra denarii LXXXIV feriri coepti sunt.

Ex ea aetate etiam typus posticae mutatus, et in locum Castorum biga Dianae substituta est, unde denarii dicti sunt bigati.

33. (= 215.) RA in postica et ROMA circa annum 525.

Digitized by Google

CAP. IV.

Nummi ante et post an. 537 in Italia a Romanis flati, cusi, typis partim suis, partim civitatum subiectarum, et litteris LTR, ⊢T RoMA, aliisque.

34. LT in antica, R in postica.
Caput barbatum diadematum, coma madida, fortasse Nerei.
Aquila thynno insistens.
As librale, pendens uncias fere novem.
Est in Kircheriano. Aliud exemplum vidi apud Depolettium litteris detritis, quod ex agro veliterno sibi allatum mihi narravit.

Argentei.

35. (=216.) *a*) ⊢ in antica T, ROMA vel RoMA in postica.
b) T in postica et ROMA vel RoMA.
Caput laureatum Iovis.
Victoria trophaeum coronat.
Victoriatus nummus pendens gr. 3,27, 2,95, 2,65.
c) ⊢ in antica, T in postica et ROMA.
Caput deae galea corinthia tectum.
Dioscorus equo vectus ad sin.
Vindobonae in museo vidi, pendet gr. fere 0,90, libellam puta.

Aerei.

a) ⊢ in antica, T in postica et ROMA.
Caput deae galea corinthia tectum et nota •• in sextante.
Dioscori cum lanceis equitantes, manu prospere elata.
b) ⊢ in antica, T in postica et ROMA.
Caput deae galea phrygia alata tectum cum protome gryphi pro crista, et nota •
Dioscorus lancea proiecta equo vectus.
c) ⊢ in postica, T in antica.
Duo capita iugata Dioscororum.
Duo equi salientes stellis superstantibus, pendet gr. 2,925.

36. *a*) ROMA in postica et ⊢ in antica.
Caput laureatum Apollinis.
Dioscori lancea proiecta in equis currentes: nota quincuncis •••••
Aereus quincunx pendens gr. 25,00, referendus ad dextantem sextantarium, quem hac aetate nondum extitisse ait Mommsenius (Histoire etc. p. 228 ed. Blacas).

Digitized by Google

b) ROMA in postica et ⊢.

Caput Cereris spicea redimitum.

Victoria quadrigam agens: nota dextantis S ●●●●

Aereus dextans pendens gr. 16,85, 25,00, 25,457, 27,80 referendus ad assem uncialem. Quincuncem modo sublatum scribit Mommsenius, et eius loco cusum dextantem qui repraesentaret quincuncem, et valeret dextantem: quae somnia mihi videntur. Confer n. 44 *b*.

c) ROMA in postica; ⊢ in antica.

Caput Herculis imberbis spolio leonis tectum: pone clava.

Pegasus currens et nota semunciae ⊆.

Aurei, argentei, aerei, cum notis variis et epigraphe

ROMA, ROMA, ROMA.

37. (=217.) ROMA in postica et monogr. ⚘, ⚘.

Extat victoriatus pendens gr. 2,8 et quinarius gr. 2,05.

38. (=219.) ROMA in postica et CROT, vel ROMA CROT apud me.

Extat victoriatus pendens gr. 3,05, 2,63.

39. (=218.) ROMA in postica et ⊗.

Extat victoriatus pendens gr. 3,30, 3,21, 3,00 et semivictoriatus cum nota S pendens gr. 1,48, 1,44.

40. *a*) ROMA in postica et K.

b) (=221.) ROMA in postica et ⊼.

Caput Mercurii et nota sextantis.

Prora navis et spica.

Nummus *a* est recusus in moneta Hieronis II, qui mortuus traditur an. u. c. 540: pendet gr. 6-8; pertinet igitur ad assem sextantarium.

c) (=220.) ROMA in postica: CA in antica et postica.

Bifrons laureatus, barbatus.

As uncialis recusus in asse romano.

d) Semissem in recuso nummo nondum vidi, at saepe trientem in moneta Aeniadum.

e) Extat etiam semuncia quam vidi apud Riccium. Omnes hi nummi pertinent ad assem uncialem. Adde:

f) ROMA et C in postica, in aere ROMA. Denarium, typis communibus edidit Dux de Blacas, Hist. de la monn. rom. t. II p. 247-8.

g) Sextans est in Kircheriano, pendens gr. 4.

41. (=222.) ROMA in postica et H.

Series haec typis romanis est referenda ad assem unciali maiorem.

42. ROMA nota assis decimalis X et L in postica.

As unciali maior, typis romanis.

Digitized by Google

43. ROMA in postica et M, C in antica.

Victoriatus pendens gr. 3,16; 3,05 communi typo.

44. (=223.) *a*) RoMA in postica et Γ; item Γ in antica et nota S: RºMA et Γ in postica cum nota sextantis. Nummus uterque typis romanis.

b) ROMA in postica, Γ in antica.

Caput Cereris spicea redimitum.

Victoria quadrigam agens, et nota pretii, quod est dextans S●●●● pendet gr. 17,00.

c) ROMA in postica, Γ in antica.

Caput laureatum Apollinis.

Dioscori in equis currentes lancea proiecta: infra nota quincuncis ●●●●● Pendet gr. 6,85, 7,85; 9,55.

Pertinent igitur ambo ad assem uncialem. Vide supra n. 36*b*.

45. (=224.) ROMA et Q in postica.

Extant hi: victoriatus pendens gr. 2,54, quinarius, semis, mihi non visi. In Kircheriano est triens pendens gr. 8,95, pertinens ad assem uncialem.

46. *a*) RoMA in postica et V.

Sextans est apud me, pendetque gr. gall. 6 ad assem uncialem referendus.

b) (=370.) RoMA in postica et V.

In Kircheriano est triens pondere pertinens ad assem uncialem. Ad semiuncialem fortasse spectare putat Blacas, Hist. de la monn. II. p. 345.

47. Habemus denique semissem typis romanis et nota ponderis S in antica: praeterea in postica supra proram navis S, et ad dexteram S, pendetque gr. 2,85.

48. (=214.) *a*) ROMA in postica, ↓X in antica.

b) ROMA in postica, XXXX in antica.

c) ROMA in postica, XX in antica.

Caput Martis galeatum.

Aquila volat fulmen unguibus tenens.

Aureus *a* pendet gr. 6, *b* gr. 4, *c* gr. 7.

Aureus, ut dixi, coeptus est feriri a Romanis an. 537 ea ratione, ut ex una auri libra XCVI aurei scrupulorum trium ferirentur, quorum singulorum valor esset HS LX, tum CXLIV scrupulorum duorum qui valerent HS XL, eorumque dimidii CCXXCIIX scrupuli unius valentes HS XX.

Nummos a Romanis identidem flatos cusos extra urbem, nullo etiam addito loci nomine, declarant flati sextantarii asses, quorum ingens numerus Eugubii traditur cum ipsa forma repertus: Reposati, Zecca di Gubbio vol. I, p. 15, 16.

49. In museo vaticano est semuncia percussa typis romanis cum epigraphe ROMA, et infra proram ᗰ prona iacens quae est semunciae nota, nec potuit in urbe cudi.

Digitized by Google

Nunc progrediar ad descriptionem nummorum reliquarum Italiae urbium quae annum urbis conditae 537 vel certe antecedunt, vel antecedere videntur.

CAP. V.

Nummi flati percussi in terris Sabinorum et Etruscorum, mare inter et Tiberim, itemque in terris Latinorum.

50. *a*) Ex agro Tarquiniensi aenei lateres duo eruti, pendentes singuli libras fere duas, alter gr. gall. 609, alter gr. 545. Habent pro signo lunulas gibbo sibi oppositas in extremis lateris partibus anticae et posticae, et medium intervallum vacuum relictum.

b) Tertius later mihi emptus, cui tertia pars deesse videtur, pendens gr. gall. 442, habet in medio duabus interiectum lunulis gibbo sibi oppositis astrum radiorum septem. Alia praeterea fragmenta eodem lunularum typo effossa ex eo agro nec alibi adhuc visae, mihi dudum persuaserunt veteres huius regionis incolas sibi haec aera olim flavisse. In his est later, quem modo prodo, dimidius, qui loco lunulae habet litteram Ā addita transversim nota librae. Itaque, ratione longitudinis et ponderis facta, ex praedictorum collatione, apparet notas ponderis medium locum occupasse, facile inter duo A iacentia ad hunc modum [>III<]. Quae coniectura optime confirmatur, invento nuperrime Tarquiniis altero similis nummi fragmento, in quo est A et trium librarum nota [≡A].

c) Uncia aeris gravis in agro tarquiniense nuper effossa, ferens A in antica et lunulam in postica, cum nota unciae, pondere gr. 23,00.

d) A in antica, in postica vero area vacua vel caduceus.

Uncia est aeris gravis, edita a Marchio inter incerta. Cum ex aquis vicarellianis allati nobis sint huiusmodi nummi exempla quatuordecim, et cum caduceo in postica viginti septem, facile inducor ut hos quoque ad aes Tarquiniense referam: pendere autem solent gr. 17,50.

51. *a*) ⋀ in antica, M in postica.

Caput suinum in antica.

Idem typus in postica, et nota sextantis ••: pendet gr. 56.

b) ⋀ supra, M infra, in antica.

Granum hordei et nota unciae.

In postica flos.

Pendet gr. 28. Uterque nummus aeris gravis est in Kircheriano; sedes ignoratur.

52. SAF in postica.

Astragalus et nota unciae.

In postica unciae nota.

Digitized by Google

Pertinet haec uncia ad illam aeris gravis seriem, cuius exemplaria reperta sunt numero 1116 in aquis vicarellianis, sed anepigrapha.

Assis bifrons imberbis, et nota I	num.	16
Caput Mercurii petaso tectum, et nota I		
Semis. Caput deae galeatum, et nota S iacens....	»	4
Caput muliebre, et nota S iacens.....		
Triens. Delphin, et nota trientis	»	33
Fulmen, et eadem nota.....		
Quadrans. Manus aperta et elata, et nota trientis .	»	26
Duo grana hordei, et eadem nota.....		
Sextans. Concha, et nota sextantis.....	»	95
Caduceus, et nota eadem.....		
Uncia. Astragalus, et unciae nota.....	»	581
Nota eadem in area vacua.....		
Semuncia. Glans	»	361
Nota semunciae.....		

Satis igitur constare arbitror, hanc seriem ad populos qui lacum Sabate olim accolebant pertinuisse, quos sabina lingua Safinos potuisse se dicere non est cur dubitemus; cum iidem in nummis bello marsico cusis sic se inscribunt ИІИІВАЯ, hoc est latina litteratura SAFINIM. Videtur etiam inde originem duxisse gentis Safiniae nomen.

53. S in antica et postica.

Caput diadematum iuvenile capillo fluxo.

Idem typus.

Extat in Kircheriano series integra horum nummorum, sed anepigrapha, praeterea unus hic as cui addita cernitur initialis littera S. Huius seriei reperta aera sane non pauca in aquis vicarellianis.

Asses anepigraphi cum capite Apollinis.	4
Semisses cum pegaso	2
Trientes cum capite equi	10
Quadrantes cum apro	10
Sextantes cum capite dioscuri	9
Unciae cum grano hordei.....	73

Igitur verosimile mihi est hanc seriem ad populos Sabinos seu Sabatinos pertinuisse.

54. (= 14.) *a*) AZO) in antica COZAΛO in postica.

Caput deae galeatum.

In Kircheriano et Vaticano ubi ... ZANO in postica.

b) COSANO in postica.

Caput Martis barbati galeatum ad dextram.

Protome equi frenati ad dextram versa, infra delphin.

Apud ducem de Blacas qui ectypum misit.

Digitized by Google

c) C//ИΛƧOƆ in postica.

Iisdem typis, at equi protome ad sinistram versa.

In museo Vindobonensi: vidique Massiliae in museo cum epigraphe imminuta ... N . . ƧOƆ. Tertium exemplum habeo apud me repertum in regione clusina, in quo extremae extant litterae CΛ . . . ; C nempe pro O posito.

Mira sunt quae de huius nummi epigraphe scripsere Mommsenius et Ritschelius. Ille de lectione nondum satis constare dixit, quod Eckhelius et Carellius in postica legissent COZA. Constat tamen Eckhelium legisse COZA et in postica . . . ZANO. Hic ait omnes sibi scrupulos non esse ademptos, nec post accepta duo exemplaria musei britannici. Uterque autem insinuare conantur nummos Cosanorum nunquam extitisse: sed epigraphen COSANO pro ROMANO corruptam olim ab artificibus, Avellinio v. cl. iudice, qui huic causae iudicandae nummum habentem similem typum et epigraphen ROMANO adhibuerit. Sed haec antea refutavi.

55. (= 11.) *a*) SEIC interdum ƧEIC in postica.

Caput Mercurii petaso tectum alato, infra collum delphin, ante caduceus.

Caput Sileni nexum cum thorace apri et nota artificis varia, quae in museo Kircheriano est ^, in Vindobonensi (.

Delphinem primus Capranesius expressit; notam hactenus nemo.

b) SEIC in postica, *c* in *g* mutata cernitur in nummo musei Vaticani, et, testante Friedlaendero, etiam in nummo Berolinensi.

c) SEIC in postica et signum Λ.

Caput Mercurii causia tectum alata, cuius cassis in phrygii pilei modum assurgit, pendentque bucculae acu pictae: infra delphin, ante caduceus.

Typus posticae communis.

Duo exempla novi, quorum unum est apud me: asper nummus est, et pendet gr. 0,55.

56. (= 12.) CORANO in postica.

Caput laureatum Apollinis.

Eques hasta proiecta currens.

Vidi in museo Parisiensi: pendet gr. 6,70.

Litram aeream typis campanis narrat Riccio se vendidisse Baroni Beher Stralsundensi cuius esset epigraphe KORANO luculenter sculpta. V. Repertorio p. 3.

57. (= 10.) *a*) AVBA in postica.

Caput Mercurii petaso alato tectum.

Gryphus.

Vidi Neapoli in museo et alibi: pendet gr. 1,28.

Digitized by Google

b) AVBA in postica.

Caput deae galea tectum.

Aquila fulmini insistens, et respiciens ad sinistram.

Vidi in Kircheriano et alibi: pendere solet gr. 0,60.

58. (= 21.) ΛΑVINO in postica vel ΛΑVINO et retrograde ONIVSΛ, nonnunquam ΛCVINO.

Caput deae galeatum ad sinistram.

Gallus stans ad dextram: supra astrum: in nummo retrograde scripto gallus spectat sinistram.

CAP. VI.

Nummi Campaniae latine inscripti.

59. (= 16.) *a*) SVESANO in postica.

Caput laureatum Apollinis: pone sigillum artificis varium.

Eques desultor conico pileo tectus, palmam lemniscatam ferens.

Nummus argenteus qui pendere solet gr. 6,80, 7,28.

b) SVESANO modo in antica, modo in postica.

Caput laureatum Apollinis: pone sigillum vel littera.

Bos humana facie a Victoria coronatus, infra litterae monetales.

Nummus aereus.

Littera *s* aliquando ita pingitur ʃ ut pene similis *i* esse videatur.

c) SVESANO in antica et N, in postica ...ΠΟΛΙΤ, et ΙΣ.

Typis campanis in *b* descriptis.

Vidi Andriae in Apulia. Similem descripsit deinde Sambon (Recherches sur les monnaies de l'Italie mérid. p. 53, n. 6) in quo plenior epigraphe NEOΠOΛIT. Tertium exemplum extat in museo Santangeliano editum a Minervinio ubi in antica NEOΠOΛITΩN, in postica SVESAN, ut recte Minervinius expressit, et descripserat antea Sestinius Cl. gener. p. 14. Male a Mommsenio excipitur SVESANO.

d) SVESANO in postica, CAVENO in antica typis campanis, descripsit Sambon op. cit. p. 53, n. 6 in Calenorum nummorum serie.

e) SVESAN in postica, ИVИƎTИƎПVK in antica typis campanis. Descripsit Sestinius Cl. gener. p. 14.

f) SVESANO in postica, ΠRΟBVM in antica, vel SVESANO ΠROBVM, vel SVESANo ΠROBOM: semel vidi ΠRBOM in museo March. Caroli Strozzi Florentiae, semel (S)VESVNO ΠRBOVM.

Caput Mercurii petaso alato tectum.

Hercules, posita clava, leonem manibus strangulat.

Nummi sunt aerei quorum exempla, quae transcripsi, vidi omnia. PROBOVM mihi nusquam est visum; tamen Ritsch. tab. VII, 73 pro-

Digitized by Google

fert ex museo Vindobonensi, ubi certe non extat. Contra ΠROBVM, quem ex uno sibi exemplo monacensi cognitum ait, Enarr. tab. p. 100, in Vindobonensi ego reperi duobus exemplis et stanno expressi. In iis imminuta initio scriptura est, at clare legitur OBVM, ROBVM. In monacensi vero ego legi ΠΞΟBVM.

g) SVESANO in postica.

Caput deae galeatum.

Gallus stans, in area astrum.

Vindobonae in museo vidi nummum carellianum recusum in quo manent astri vestigia, et scripturae SuESA quibus superpositus est typus campanus Neapolitanorum foederatorum cum Calenis, cuius haec est descriptio:

Caput Apollinis NEoΠOΛITΩN.

Bos humana facie a Victoria supervolante coronatus, infra IΞ: in exergo indicium est vocis Caleno; cernitur enim umbra litterae C post quam apparet astri vestigium quod dixi.

60. (=21.) TIANO in postica.

Caput deae galeatum.

Gallus stans: supra astrum.

Nummus aereus est.

61. (=15.) *a*) CAVENO vel CALENO in postica.

Caput deae, sigillum artificis et graeca littera seriem matricum indicans.

Victoria bigas agens.

Nummus argenteus pondere gr. 7,20.

b) CAVENO seu CAVENO in postica, nonnunquam in antica vel utrinque.

Caput Apollinis laureatum.

Taurus humana specie a Victoria supervolante coronatus.

c) CAVENO in postica NEOΠOΛITΩ et littera P cum typis campanis.

Nummus in thesauro Frosolonensi inventus; immigravit inde mea opera in museum Parisiense.

d) CAVE... in postica, NEOΠOΛITΩN in antica cum typis campanis. Edidit Carellius (Descript. n. 126). Vidi Vindobonae, in museo, et stanno expressi. Recte Avellinius monuit (Numm. vet. n. 506, Supplem. pag. 10) non esse recusum, quod falso putavit Carellius. In Carellii tabulis enarrandis Cavedonius, ut ante Avellinius, L quadratum exhibet. CAVENo datum male a Mommsenio in descriptione huius nummi pro CAVE... Minervinius aliud exemplum extare putavit in museo neapolitano: citavit tamen carellianum (Oss. numism. p. 24, not. 2). Alibi non invenitur nisi Vindobonae et in museo Parisiensi in quo exemplo unice integra est inscriptio CAVENO quae in vindobonense carelliano imminuta, erosa metalli superficie.

Digitized by Google

e) Aliud est exemplum huius nummi in museo Vindobonensi a me superius descriptum (59, *g*), in quo initialis C extat, ceteras litteras novus obruit typus.

f) CAVENO in antica, SVESANO in postica cum Campaniae typis. Descripsi in nummis suessanis.

(= 21.) *g*) CAVENo sic, et littera A in antica, A in postica cum typo capitis galeati deae, et in postica galli stantis, et astri. Vidi apud Depoletti negotiantem. Aliud exemplum habuit Minervinius qui edidit in Osserv. numism. tab. III, n. 2 cum epigraphe CAVENO, at astrum omisit, quod forte in eroso metallo non apparebat. In aliis passim CAVENO iisdem typis, at sublata littera A.

62. *a*) CAIATINO in postica.

Caput deae galealum.

Gallus stans et astrum.

Vidi Parisiis in museo, et apud ducem de Luynes.

Tertium exemplum obtulit museum monacense, in quo *c* angulata cernitur <AIATINO. Haec tria stanno expressi. Avellinius in aliis esse testatur CAIATINΩ, CAIAITNO et OΛITAIA): ego non vidi.

b) ...IATINO in postica, VOVCANOM in antica.

Typi sunt Aeserninorum. Caput Vulcani pileo conico laureato tectum.

Victoria bigas agitans.

Edidi ex museo Bar. Olivae. Supplendum *Caiatino*.

CAP. VII.

Malies, nummi coloniarum latinarum in Samnio.

63. (= 18.) *a*) MAVIES in postica.

Caput Apollinis laureatum.

Bos humana facie, supra cassis cum bucculis.

Nummus aereus typis campanis.

Edidit Minervinius.

b) MALIEΣ in postica.

Caput muliebre calvatica tectum.

Bos humana facie, supra larva barbata.

Vidi in museo Vindobonensi et stanno expressi.

Habet Santangelianum; sed ibi legitur MAIIES linea L iacente omissa omnino.

Nummos hos ait Mommsenius omnino extra Latium percussos, cum latinae ex parte certe litterae coloniae alicui latini iuris adsignent: unum restat de quo cogitare liceat Maleventum sive Malventum quod potuit olim dici Malvessa vel Maliessa ab Apolline fortasse Μαλόεντι, potuitque

Digitized by Google

nomine mutari non statim post coloniam deductam, sed aliquanto post. Quae cum legimus cupiditas nos subit sciendi quomodo epigraphae latinis certe constent ex parte litteris; nulla enim est quae certissime graeca esse non possit, praesertim cum, non dicam Attici et Argivi, de quibus notum, sed ipsi Chalcidenses Neapolitani L quadrato aeque ac acuto utantur in nummis suis (Bull. Napol. I, tav. IV, 1). Quae cum ita sint sublato fundamento, ruat necesse est omnis Mommsenii argumentatio. Nec magis ipse probavit *Malies* esse decurtatum ex *Maliessa*, cum analogice a Graecis ita poterit scribi MALIES, ut ΣΙΠΟΕS, unde Σιπούς Graecorum et Sipuntum Italicorum ortum duxerunt, et Dores hac terminatione ES pro EIS in similibus utantur (Cherobosc. ed. Bekk, p. 118); tum origo graeca in Apolline Μαλοέντι adstipulatorem ipsum Mommsenium nacta est. Sit igitur iste nummus graece inscriptus, oppidumque MALIES, MALIEΣ per anadromen *Malventum* dictum, italica dialecto, ut similia, Tarentum, Grumentum, cum habitaretur a Samnitibus. Et litteraturae graecae antiquae specimen nuper habuimus in lapide sepulchri effossi Beneventi ad moenia in quo legebatur, ut mihi scripsit amicus Colle de Vita ..IPQ. Quibus argumentis accedit commode traditio quae Graecos huius oppidi facit auctores.

64. (= 19.) BENVENTOD in antica, ΠROΠOM in postica.

Caput Apollinis laureatum.

Equus saliens, supra astrum.

Latini coloni ut fama est, vetus oppidum Malventum ominis causa Beneventum transnominarunt. In nummo nomen oppidi, addita *d* paragogica, osca consuetudine ut in *Tianud*, *Acudunniad* atque in *Ladinod*, *Loukdei*, *Idnod* media *r* in *d* permutatur, ita in *propom* latinam vocem *probom* debemus agnoscere: nam his olim dictum *op ap* pro *ob ab* et *pop* positum pro *pob*, quod quidem probat ab hac permutatione latinam linguam non abhorrere.

Itaque ut in Suessanis ΠROBVM. PROBOM, sic in Beneventanis ΠROΠOM: quae si diligenter attendamus, apte inter se intelligimus comparari; nec idoneus nos fugiet sensus. Namque ut metallum idcirco quod valeret in emptione mercium est dictum νόμος, idest lex, atque ab aequo pondere phoeniciis שקל, graecis Στατήρ, hoc est pondus est appellatum, ita a Latinis *probum* dici potuit, quod est, probatum, legitimum. Itaque nuper in pondere plumbeo quod in formam amphorae erat effictum vidi insculptum extantibus litteris AEQV SVME; qua comparatione posse explicari puto istud PROBVM seu ΠROΠOM in nummis; nec cogi nos aestimare aliud esse ΠRBOVM ac simplex vocabulum. Verbum supple, quod quidem certe debes in VOVCANOM Aeserninorum, quo in nummo placet Mommsenio subaudire *vides*, sed verius fortasse addetur, dedicavimus, seu cives dedicaverunt, ut Graeci ἀνέθηκαν.

Digitized by Google

65. *a*) AISERNI(NO) in postica, VOVCANOM in antica.

Caput Vulcani pileo conico laureato tectum, pone forceps.

Iuppiter fulmen vibrat agitans bigas.

Vidi in museo neapolitano: est ubi Victoria supervolat coronam ferens.

b) AISERNNIOM in postica, VOVCANOM in antica.

Iisdem typis, Victoria supervolat coronam ferens.

Descripsit Longperier, Gabin. Magnoncourt p. 15, n. 140. Apud Riccium legi AISERNNIO, et ex museo Parisino dedit Ritschelius Enarr. p. 10 AISERNNIO certissimum.

c) AISERNIM in postica, VOVCANOM in antica.

Caput Vulcani, ut supra.

Victoria bigas agens.

Edidit Fiorelli ex museo Berolinensi (Ann. di numism. 1846 tab. III, 2, p. 194). Alterum exemplum vidi in museo Neapolitano. Tertium obtulerunt nuper ex agro anagnino.

d) AISERNIM in postica, VOVCANOM in antica.

Caput Vulcani ut supra.

Iuppiter agens bigas.

Descripsit Adrian. de Longperier, Gab. Magnoncourt 1840 p. 15, n. 139.

e) MRC fragmentum corruptae epigraphae in postica, VOVCANOM in antica.

Caput Vulcani pileo conico tectum.

Iuppiter in bigis fulmen torquens.

Vidi Vindobonae in museo.

f) AIZERNINO in antica.

Caput Apollinis laureatum, et sigillum varium.

Bos humana facie a Victoria coronatur: infra T.

Habeo apud me Romae inventum in Aventino prope S. Priscam. Similem vide apud Avell. Opusc. II, 2, 6.

g) AISERNINOM in postica.

Typis iisdem, sed in antica pro sigillo scutum oblongum: in postica IΣ.

Est in museo Santangeliano: descripsit Avellinius in opusculis t. II, 15, 159.

h) AISERNINOM in postica, NEO.. in antica.

Typis campanis et in postica IΣ.

Vidi in museo Spinelliano. Similem descripsit Avellinius (It. vet. numism. Suppl. I, 20) ex Golzio, deinde in opusc. II, 14 inspecto nummo.

i) AiserNINO in antica, NEoΠoAITHΣ in postica.

Typis campanis, et monogr. in postica ΝΙ.

k) aiSΞRNIOM in antica.

Caput deae galeatum, in galea serpens, pone clava.

Digitized by Google

Aquila cum serpente luctans.

Edidi ex museo Baronis Olivae.

l) aiseRNIM in antica.

Typis iisdem.

Edidi ex eodem museo Olivae.

Mommsenius ait nostrorum nummorum inscriptorum *Aiserninom*, *Aiserniom* lectionem singularem et dubiam non satis idoneis testibus niti; tum esse merum mendum affirmat. Haec sunt signa animi impotentis. Cur enim non vidit quod in museo Santangeliano in omnium oculos incurrit? cur non interrogavit amicos? cur sibi ipsi sine causa contradixit? namque antea ut certissimam et sincerissimam epigraphen habuerat apud Fiorellium (Ann. di numism. 1846 p. 38).

CAP. VIII.

Nummi Paestanorum.

66. (= 17) *a*) ΠAISTANO in antica, ΛΑ (MEC) in postica.

Caput iuvenile arrecta in fronte coma, in cervicem fluxo et undante capillo, palustri frutice redimitum; pone capeduncula.

Duo dioscori in equis pantherae pelle stratis exultantes, quorum capitibus stellae, altera nunc detrita, supereminent. Horum interior qui est intecto vertice palmae ramum, exterior pileatus ferulam humero reclinatam fert, ex qua corona pendet.

Vidi in museo monacensi. Edidit Avellinius post Millingenum, descripsitque opusc. vol. II, p. 93 accuratius quam aere expressit in tab. IV, 9. Ritschelius tamen hac tabula usus est ad lineam, quamobrem nescio quam vere scripsit (Enarr. VII, 59) gypseo se exemplo Vindobonensi ita usum ut simul Avellinianum et Millingenianum exprimeret. Ad nummum musei Vindobonensis suum dedisse affirmat etiam Mommsenius. In descriptione errarunt omnes. Avellinius in Vindobonensi seu Carelliano hoc monogramma esse dixit ΛΑ (vid. animad. ad Carelli catal. ed. in Carellio cavedoniano). Tum Mommsenius lineam illam sinuosam, qua terram significant artifices, cuique duo equites insistunt, mire pro serpente accepit; quam vero dixi capeduncula cycnum post alios appellavit. Praeterea in antica caput Apollinis laureatum, in postica utrumque equitem palmas tenere, infraque esse litteram M affirmavit. Tamen Millingenus Avellinium monuerat illam in nummi antica imaginem Apollinis esse non posse, isque in opusculis Millingenum secutus, est opinatus, fluvium Silarim posse referre, quod recte confirmavit allato nummo Salapinorum. Ripae certe Silaris sunt paludosae, intectaeque iuncis et frutice palustri.

Digitized by Google

b) ΠΑΙSTANO in antica.

Caput iuvenile, fluxo et undante capillo, redimitum palustri frutice.

Dioscori stellis supereminentibus equitantes, alter capite intecto palmae ramum ferens, alter pileatus, dextra prospere elata, cuius equus cernitur pelle pantherae instratus.

Vidi in museo Santangeliano, et stanno expressi. Qui hactenus scripserunt de Paestanorum nummis posticae huius typum male cum altero superius descripto permiscuerunt, atque in unum confuderunt.

Nummus argenteus pendens gr. 7, 7,18.

c) ΠΑΙSTΑΝΟ in postica, Π in antica.

Caput Neptuni laureatum.

Iuvenis nudus delphino vectus victoriolam sibi coronam imponentem manu sustinens.

Nummus aereus in Kircheriano. Duo mei pend. gr. 7,50; 6,80.

d) ΠΑΙSTANO in postica, Π in antica.

Caput Neptuni laureatum.

Iuvenis alatus nudusque delphino vectus sinistra tridentem tenet, dextra coronam elevat.

Nummus aereus in museo Monacensi et Kircheriano alibique: mei pendent gr. 7,70; 6,60. In similibus legi ΠΑSTΑΝΟ, vel ΠΙΙΣΤ.. testatur Avellinius.

ΠΑΙSTano nummus, duobus praecedentibus *c*, *d*, similis, recusus in nummo Salapinorum (ΩΝΙΙΠΛ.. equus, Ϟ; delphin.). Est in museo neapol.

e) ΠΑΙST in postica.

Caput Nerei vel Tritonis diadematum, et nota sextantis.

Delphin et nota sextantis.

Nummus aereus ad assem unciali maiorem referendus. Exempla apud me duo pendent gr. 9,30; 6,50.

f) Semissis, triens, quadrans, sextans, sescuncia, uncia omnes inscripti ΠΑIS, et ad assem pondere semissalem spectantes: additur nonnunquam sigillum. Sescuncia in antica et postica aeque signatur hoc pacto •Ξ, habetque caput muliebre spicea coronatum, et in postica canem currentem. Serius trientes et sextantes pondere deminuto PAES: inscribuntur etiam Magistratuum nomina cum epigraphe ΠΑIS.

Mommsenius operae pretium non esse ait ut Magistratuum nomina varia reciperet in Corpus inscriptionum latinarum antiquissimarum; quamquam fatetur similes nummos a. u. c. 665 antecedere. Miror et potuisse id scribere, cum inscriptiones quaeque antiquissimae in Corpore illo Mommseniano ut in nostra Sylloge maxime ex nominibus constent propriis et quidem saepe libertorum et servorum, iisque imminutis. Nec tamen idcirco est recte dictum omnia ista nomina aetatem praecedere sullanam cum in iis legamus quatuorviros, et quinquennales.

Digitized by Google

Nunc, ut pateat qui fuerint typi seriei, aereorum nummorum ab semisse et infra, recensere duxi semissem, trientem, quadrantem, sextantem, unciam sumpto exemplo ex magistratu *Q. Va.*

ΠAIS, Q VA in postica.
Caput Bacchi hedera redimitum.
Cornu copia et nota trientis.
Edidit Carellius tab. 132, n. 48.

ΠAIS, Q VA in postica.
Caput Nerei vel Tritonis diadematum, et nota quadrantis.
Delphis et nota quadrantis.
Vidi in Kircheriano. Edidit Carellius tab. 133, n. 76.

ΠAIS, Q VA in postica.
Caput Cereris et nota sextantis.
Sus currens et nota sextantis.
Edidit Carellius tab. 134, n. 79.
Sescuncia nondum inventa est cum nomine magistratus.

ΠAIS, Q VA in postica.
Caput Dianae cum pharetra.
Spica et unciae nota.
Vidi in museo Borgiano Romae. Edidit Carellius tab. 134, n. 93.

Eaedem series conficiuntur, collectis his qui pro nomine magistratus symbolum praebent. E. g. in tabulis Carellianis Caduceus tab. 132, 36 in triente, 133, 67, 68 in quadrante, 134, 76 in sextante, ibid. 91, 92 in uncia. In qua serie ΠAIS invenitur, non ΠAES, et in sextante sus est dimidius et appingitur delphin.

g) ΠAIS, S, Q in postica.
Caput Neptuni, S.
Tridens.

h) ΠAE in antica, L·ARTVE | C·COMIN | II·VIR in postica, et nota semissis.
Aper venabulo transverberatus.
Vas cum lituo.

Vidi in museo Parmensi, et est apud me. Editum est hactenus ARTV minus plene, legendum est L. Artuenus, cet. Sunt et nummi, in quibus horum duumvirum nomina, typis omissis, repetuntur in antica.

i) ΠA S in antica, Π·ASVI IIII·VIR in postica.
Caput Cereris velatum, et spicea redimitum.
Spica.
Vidi Neapoli apud Lauriam et stanno expressi.

Hactenus male ΠASV, vel ΠASVL vulgatum: Avellinius ... ASVI praen. eius et nomine oppidi omisso ob detritum nummum. De quatuorviratu dubitat Cavedonius ad Carell. p. 80 sine iusta causa.

Digitized by Google

k) ΠÆ, ΑΤΙ in antica. Q · CEΠ | ΠE · III · TOL in postica.

Caput Herculis barbati spolio leonis tectum.

Clava.

In museo Parmensi et apud me, pend. gr. 7. Avellin. male DE pro ΠE dedit. ΑΤΙ est in Parmensi, ut videtur.

l) ΠÆS, QVIN in antica et nota semissis S, CN ΗEL | M SAI vel M SAI | CN ΗEL in postica.

Caput muliebre.

Corona laurea.

Habeo apud me. Edidit Carellius male CN | MA.

m) ΠAE, QVI et nota semissis in antica, CN · COR | M · TVC | PATR in postica.

Templum forte QVIrino dicatum.

Corona laurea.

Vidi in museo Parmensi exemplum optimum, vidi et Vindobonae.

n) PAES in postica, ΜΑΙ (MAFI) in antica.

Caput Neptuni cum tridente, et nota semissis.

Ancora cum temone.

In museo neapolitano. Male in Avellinii catalogo ΜΑ FI solutum.

o) ΠAE in postica, ΑΫ (AVF) in antica.

Caput Neptuni, et S nota semissis.

Prora navis.

In museo Neapolitano et Monacensi.

p) ΠÆ, L · VE VE vel L · VENE in postica, D · FAD | EΠVL | ΠEΠ vel EΠVI | Π, vel EΠVL | Π in antica, et nota pretii S.

Temo.

Ancora et nota semissis.

Habeo apud me: Carellius post EΠVL incidit DED, Avellinius legit EΠVI · C, EΠVL DEM: in meis legi D · FAD EΠVI Π, in altero D · FAD EΠVL ΠEΠ, litteris infra dimidiatis.

q) ΠAES in antica, FΛD | ΠONT in postica.

Caput muliebre.

Sus currens et nota sextantis.

Dedit Carellius tab. CXXXIV, 81.

r) L · VE in antica, FA | ΠONT in postica.

Cornu copia et globuli quatuor ·:· ad stellae modum.

Est apud me. Collatis duobus his nummis in quibus Fadius Pontifex dicitur, explicabitur fortasse EΠVL Π EΠVLo publice EΠulatus.

s) PÆS in postica, CN TEV in antica.

Caput Neptuni cum tridente et nota semissis.

Prora navis inter duos delphines.

In museo neapolitano linea aliquantum producta in T ad laevam recte accipitur pro monogr. TE ab Avellinio et aliis.

Digitized by Google

t) ΠÆ, CNTEV in postica.

Caput muliebre et nota trientis.

Cornu copia.

Est apud me. Nomen videtur esse Teucidius.

u) ΠAE in antica, Q TRE IIVIR in postica.

Caput Victoriae alatae, capillo in vertice nodo constricto: nota semissis.

Palmae ramus cum corona.

Ex Carellio tab. CXXXII, 28 et Sestinio. Descr. 20, 27, et est apud me. Male Cavedonius typum descripsit.

x) ΠÆ in antica, M · OCT | IIIIVIR in postica.

Caput deae galeatum et nota semissis.

Temo.

In museo neapolitano. Incidit Carellius M DO IIIVIR, edidit in catalogo M DO IIVIR; nemo emendavit.

y) ΠÆS, L · MARCI · N · GAVI IIVIR in postica, MENS BONA in antica.

Mulier in aedificio distilo sedens, lanam facit.

In postica nota semissis.

In museo Parmensi. Hactenus male lectum a Carellio tab. CXXXI, n. 32 L · MARC IIIVIR, n. 33 N CAVIL, n. 34 L MARCI M PÆ, nec emendatum. In exemplo parmensi supplevi MENS ex Carellianis tribus, quae vox nonnunquam deest defectu metalli.

z) ΠÆ in antica, C · AX nitide insculptum, III EPVLO litteris pene fugientibus in postica.

Taurus cursu ruens.

Duo scuta oblonga decussata ut in metopis templorum ordinis dorici repraesentari solent.

In museo neapolitano. Edidit olim Avellinius nihil de tota epigraphe exculpens praeter C · AX.

aa) ΠÆ, Q · LAR · PR in postica, MIL in antica, et supra aream SPDD vel .. DSS, vel . PDDS infra S.

Faber ad incudinem malleum attollens; e conspectu vir proferens dexteram imperantis gestu: in exergo nota semissis.

Bilanx fulcro imposita, in lance dextra saccus plenus, in sinistra pondera. Nummi in sacco appendebantur.

Ediderunt Avellinius et dux de Blacas mance ab nummis detritis. Contuli exempla Monacense, Vindobonense, Parisinum, Mediolanense, Blacassianum, cum meis. Formula SPDD SΠDSS, SΠDDS in aliis Paestanorum nummis non invenitur. Sic vero siglas probabiliter explicabis: Signatum Paesti Decreto Decurionum; vel De Senatus Sententia; vel De Decurionum Sententia. Tum MIL forte erit militare (aes), nempe stipendium.

Digitized by Google

bb) PÆ in antica, L · FΛ L · SĀ in postica.
Caput deae galeatum et nota semissis.
Manus dexterae iunctae.
Vidi in Kircheriano et habeo apud me.

cc) ΠAEST in antica et nota trientis.
Clypeus macedonicus.
Cornucopia et fulmen.
Vidi in museo monacensi et habeo apud me.

dd) ΠÆ in postica, L · AR PR vel iterum ΠÆ in antica.
Caput muliebre suspiciens.
Sus cum nota sextantis, eaque omissa, ubi reperitur oppidi nomen.

ee) QLA/ in antica, LEX XXXX in postica.
Capita Dioscororum iugata, stellis supereminentibus, in corona laurea.
Spica et duo globuli quos pro circellis male habuit Cavedonius, ad Carell. p. 72.

ff) ΠÆ in antica, L · Ā ΛSS in postica.
Sella cum pulvino.
Fasces cum securi.

gg) MINEIA · M · F in antica, PSSC in postica.
Caput muliebre.
Basilica, vel aedes sacra.
Est apud me.

hh) CAES · AVG · IMP in antica, M · TOR | CN · SAR | IIVIR in postica.
Caput Augusti iuvenili aetate.
Laurea.

ii) . . EGNATIVS · Q · OCTAV . . . . circa aream; in area R · SS · Ç
Caput Augusti laureatum, lituus.
Laurea.

Vidi et stanno expressi. A barone D'Ailly habuit Cavedonius sic inscriptum (Momms. Hist. de la monn. ed. Blacas III p. 220): . . EGNATIVS Q · OCTAVI . . IIVIR PÆ · S · SC (Paesti signatum Senatus Consulto).

kk) M · EGN | Q · OCT | IIVIR · S | PSC in postica, vel Q · OCT | M · EGN I·I | VIR · S · P | S · C
Caput Augusti laureatum, lituus.
Laurea.
Sunt apud me: primum dedit etiam Morell. fam. Eg. n. IV.

ll) L · CAEL · CLEM · FLA TI · CAESAR in postica, PSSC in antica.
Caput Tiberii nudum, lituus.
Pileus flaminicus.
Vidi Parisiis in museo et stanno expressi.

Digitized by Google

mm) L IVLI CL · FLA · TI · CAESAR · AVG II · VIR in postica, PSSC in antica.
Caput Tiberii nudum, lituus.
Bigae.

In museo neapolitano vidi et stanno expressi. Litterae L, I manent vestigia.

nn) L · LICINIVS · IIVIR in postica, PSSC in antica.
Caput Tiberii laureatum.
Victoria palmam et coronam ferens.

Habeo apud me. Edidit Carell. tab. CXXXV n. 103.

oo) C · LOLLI M · DOI IIVIR in postica, P · S · S · C in exergo.
Caput Tiberii nudum, lituus.
Mulier velata sedens hastae innixa pateram manu tenet.

Est apud me.

pp) C · LOLLI M · DOI IIVR (vel IIVRI) ITE (iterum) in postica, PSSC in antica.
Caput Tiberii nudum.
Diana cum pharetra, arcu et lancea.

Est apud me primum exemplum, alterum vidi in museo Santang. et stanno expressi.

qq) A VERGILI OPT IIVIR in postica, PSSC in antica.
Caput virile laureatum, lituus.
Vir galeatus d. vexillum, vel baculum, s. parazonium tenet.

Habeo utrumque apud me.

CAP. IX.

Nummi flati, cusi in Italia transapennina.

67. (= 23) ARIMN in postica.
Caput Vulcani barbati pileo conico laureato tectum.
Gallus gradiens protectus scuto oblongo hastam proiectam tenens et gladium subalarem, nudo capite, torque circa collum instructus.

Est in Kircheriano, nec ullum unquam mihi visum exemplum plenius scriptum.

68. (= 7) *a*) FIR litteris ex parte detritis in postica.
Aratrum utrinque, stiva, buri et vomere instructum: nota trientis....

Aes cusum inventum in agro firmano, cuius geminum, sed epigraphe omnino deleta, Firmi extare didici a De Minicis. Triens pendet gr. 82 referendus ad assem 7 vel 8 unciarum, nam nummus noster est detritus.

Digitized by Google

b) FIR in postica.

Caput muliebre coma ad cervicem collecta et nota quadrantis.

Caput bovis obversum.

Firmi apud Moronium pendet uncias tres et octavas 5 semis, librae firmanae, quae antiquam romanam fere aequat: referendus est igitur ad assem unc. 12.

c) ЯIF in postica.

Bipennis cum manubrio et nota sextantis.

Ferrum lanceae.

Firmi apud De Minicis pendet unc. 1 oct. 6 semis, librae: est igitur referendus ad assem unciarum 12.

His typis fusus est etiam quadrans, tribus scilicet instructus globulis ..., qui est in Kircheriano pendetque gr. 49. Dixi supra sextantem romanum cum capite Mercurii et prora navis fuisse cusum in Apulia cum nota quadrantis. In serie fusa nummorum, quorum in asse picta est semel littera S, sextans utrinque habet caput Dioscuri: idem nummus pro uncia fusus est, uno globulo addito. In altera serie cuius as habet utrinque caput galea phrygia tectum, et pone clavam, quadrans manum elatam repraesentat: item reperitur his typis sextans. Nec tamen utraque series sua caret uncia vel sextante. Haec monui ne res ut singularis quemquam moveat. Notandum insuper est monetam firmanam ab asse unc. 12 fuisse diminutam ad assem unc. 8.

69. (= 8.) *a*) VEꓘ in postica.

Conchae bivalvae striatae interior facies.

Clava et nota trientis.

Edidit Riccio in Ephem. teatina, Vigile, 1841, 31 marzo, traditque pendere uncias quatuor semis.

b) VES in postica.

Caput bovis adversum et nota sextantis.

Luna falcata.

Est in Kircheriano, pendetque gr. 85,90 referendus ad assem unciarum quindecim.

c) VEſ in postica.

Bipennis cum manubrio, et nota unciae.

Conchae bivalvae striatae interior facies.

Est in Kircheriano pendetque gr. 41, referendus ad assem unciarum XV.

d) VES in postica.

Calceus et *a*, quandoque nota semunciae ⊃.

In Kircheriano pendens gr. 22,20 referendus ad assem unciarum XV vel XVI.

70. (= 6, 8.) *a*) ⊤ΛH, ⊣ in antica HAT, ⊢ in postica.

Caput Sileni redimitum ferula hederacea tribus baccarum racemis distincta.

Digitized by Google

Canis in se convolutus cubans.

Litteram singularem ⅂ quam nemo hactenus repraesentaverat, dudumque notaveram, nuper indicavit Dux de Blacas (Hist. de la monn. rom. I, 355) duobus exemplaribus suo et Hoffmanni negotiatoris periti numismatici.

b) H H videri in asse Santangeliano, ibique legi ⅂ affirmat Fiorellius, et ego vidi. In altero exemplo extare simplex H, idem notat.

Epigraphen repetitam praebet unicus noster, ut videtur, eamque retrogradam ab una parte, ab altera more latino ad sinistram conversam.

c) Extat assis communis, typis similibus, sed in antica tantum inscriptus HAT in postica vero habet notam librae |. Pendet noster qui est in Kircheriano uncias rom. XIV semis.

d) HAT in antica.

Caput Medusae velut ex conchilio turbinato extans, atque circa collum spiris involutum, crinibus remulsis sparsisque: raro in area nota ⅀.

Pegasus et nota quincuncis.

Duplici signo notatum, semissis nempe et quincuncis habet museum Sorricchiorum, certe genuinum, teste Gabriele Cherubinio, cuius verba refero ex epistola nuper ad me scripta: « Si vede spiccatamente sopra la testa femminile la sigla; ed il quincunce è di sì perfetta conservazione con patina lucidissima nerastra da non dar luogo ad alcun dubbio sulla sua antichità ». Quincunx est in Kircheriano pendetque uncias septem.

e) HAT in postica.

Caput muliebre ut videtur crinibus ad cervicem solutis, et nota trientis.

Vas ansatum in quo fabae planta, ut videtur.

Est in Kircheriano pendetque uncias 6, denarios octo, semis.

f) HAT in postica.

Rana piscatrix, Graecis *βάτραχος ἁλιεύς*, et nota quadrantis.

Delphin.

Est in Kircheriano pendetque uncias tres semis.

g) TAH in postica.

Gallus (gallinam dixit Cavedonius) et nota sextantis.

Calceus.

In Kircheriano pendet unc. 1 et den. 22 semis librae romanae.

h) TAH in postica.

Ancora.

Nota unciae.

In Kircheriano pendet unc. et den. 5.

i) H in antica, A in postica, et nota semunciae ⊂.

In Kircheriano pendet denarios tredecim et semis.

Digitized by Google

Inscriptio in asse et quincunce occupat nummi partem anticam, in reliquis excepta semuncia partem posticam. In semuncia H tenet partem nummi adversam, A aversam. Marchius pro semuncia Hadrianorum hunc nummum dedit recte. Mommsenio hariolanti littera H visa est explicanda Hemilitron, quod Latinis rursus indicatum ait sigla ⊰ illis nota. Res permira nullo firmatur exemplo in nummis huius aetatis: praeterea hoc posito series Hadrianorum semuncia carebit qua tamen carere non potuit; habent enim transapennini omnes Ariminenses, Vestini, Larinates, Lucerini, Asculani, demum Romani qui in Apulia suis typis nummos ferierunt. Nec vero quemquam movere debent litterae initiales oppidi sic divisae ut altera legatur in antica, in postica altera: nam quid ipsi dicent si revocabo epigraphen in qua Λαῖνος sic legitur scriptum ut in antica sit ΛΑΙ (ΛΑΙ), ΜΟΝ (ΝΟ⊰) in postica?

Praeterea cum hanc semunciam nonnulli male tribuant Asculanis Apuliae quos aiunt foederatos cum Herdoniensibus Mommsenius ab Apulis amotam Asculo Piceno dedit. At sciscitanti mihi ab Asculanis amicis, responderunt nunquam in eorum terris visam. Contra in territorio Hatriensium saepe inventam novimus. Cuius rei testem excitabo hatriensem Gabrielem Cherubinium, doctum virum, qui nuper scripsit ad me affatim earum esse in eo oppido, complures apud Arlinium, plurimos haberi apud Sorricchios, egregios cives, et numismaticae cultores olim solertissimos.

71. *a*) ΠΑLACNV⊰ in postica.

Caput Vulcani imberbis pileo conico tectum, pone forceps.

Larva medusea alis instructa, ore hiante: infra serpentes arrecti in diversa.

Hunc nummum Borghesius primus descripsit e museo suo (Bull. arch. neap. II, p. 15). Sic ut pro serpentibus putaret se videre taenias mento personae illius nodo constrictas, legeretque PALACINV, crederetque finalem litteram ⊰ notam esse semissis. Tria vidi exemplaria, primum Parisiis in museo Ducis de Luynes, secundum in museo monacensi, tertium optimum Mediolani quod exhibeo ob inscriptionem et imagines in eo expressius et evidentius insculptas. Sunt qui putant hunc nummum pertinere ad oppidum Aboriginum in agro reatino Παλάτιον dictum a Dionysio Halicarnasseo; ast ea aetate nummos eiusmodi extitisse absurdum est dicere; oppidum postea non memoratur. Praeterea ex Palatio quomodo potuit ortum ducere patronymicus *Palacnus* isti docere nos omittunt. Cavedonius revocavit Pallanum oppidum memoratum in tabula Peutingeri inter Anxanum et Histonium in Frentanis, alioqui ignotum veteribus. Nec tamen probavit quomodo ex *Pallanum* quod ipsum patronymica forma est, ut Iovis Palanus in aere Rapinate, ortum sit *Palacinu* Borghesii. Sunt qui Palacinum arbitrantur latere in cognomento illius Interamnae

Digitized by Google

in Praetutianis, quae hodie Teramo dicitur, quod vocabulum corruptum legitur Paletino, Palestinae in breviario hyginiano de Coloniis, p. 226, 255, 259, maleque adeo sit a Cluverio emendatum Praetutiana, sive ut in indice scribitur Praeputiana; nemo tamen dixit cur illi Interamnae additum sit cognomentum Palacinae vel Paletinae, quod re quidem vera causam non habet. Namque notum est Interamnas istas urbes proprio cognomento distingui aliquando a fluviis praeterlabentibus. Itaque dicta est Interamna Lirinas, quae continens est Casinatibus, et Interamna ad Narem, unde Interamnates Nartes appellantur. Quae cum ita sint nostram Interamnam a praeterlabente fluvio Batino dici probabile est potuisse Interamna ad Batinum, unde corrupti codices fecere Palacinum, Paletino, Palestinae. Sedes Palacnorum quae fuerit ignoratur.

b) ΠAL in postica.

Caput deae dracone alato incinctum, cuius prominet in fronte rostrum; supra draconem est pegasus ales, circa collum monile ex globulis.

Corona querna.

Est in Kircheriano, pendetque gr. 3,60. Fuit olim apud Millingenum, qui sulphure exceptum Borghesio misit. Hic pro ΠAL quod recte Millingenus delineatum et incisum erat editurus, suasit ut legeret ΠALACINV comparato nummo de quo egi superius. Male igitur factum ut pro vera lectione nummi falsam Borghesius inferret, et ad opinionem delineatam mitteret Cavedonio qui vulgavit in Bull. Minerviniano et meo an. II, tab. I, n. 1 cum Borghesii epistola p. 15.

72. (=24.) *a*) ΛADINEI in postica.

Caput deae galeatum.

Equus saliens, supra stella.

Nummus aereus in quo casu patrio nomen oppidi Larinum expressum, permutatumque *r* in *d* fortasse ex consuetudine alphabeti Frentanorum in quo *r* scriptum legitur hac forma Ω; namque eadem *d* pro *r* utuntur Hyriatini Garganenses in nummis sic insculptis IDNOH, vel IDNOD: in nummis vero graece inscriptis exhibent ΛΑΡΙΝΩΝ, ΥΡΙΑΤΙΝΩΝ.

(=506.) *b*) ΛADINOD in postica.

Caput deae galeatum.

Fulmen, caduceus.

In museo Vaticano.

Hi duo nummi cusi ad litrae campanae modum; nunc qui sequuntur librae partes continent ut Etrusci et Latini, quas per globulos indicant. Libram tamen omiserunt, incipitque series a quincunce.

c) LADINOD vel LADINoD in postica, V.

Caput iuvenile laureatum florente mala.

Eques pileo conico cristato tectus, clypeo rotundo umbone extante

Digitized by Google

armatus hasta proiecta, equo admisso ruens ad sinistram: nota quincuncis.

d) LADINoD vel LADINOD in postica.

Caput deae galeatum.

Idem typus qui in praecedente: nota quincuncis.

Hactenus nemo caput iuvenile a muliebre distinxit: V additur seriei, quae typo iuvenis Martis continetur; caret illa littera, quae typo Minervae instructa est.

e) LADINoD vel LADINoD in postica, V.

Caput laureatum Iovis.

Aquila alis apertis fulmini insistens: nota trientis.

In Kircheriano sunt exempla duo, quorum unus pendet gr. 7,75, alter 8,55.

f) LADINOD vel LADINOD in postica.

Caput Herculis barbati spolio leonis tectum.

Centaurus arboris ramum humero reclinatum ferens currit ad dexteram: nota quadrantis.

Primus est in Kircheriano, secundus apud me pendetque gr. 6,50.

g) LADINoD vel LADINoD in postica.

Caput deae Thetidis laureatum velatum.

Delphis et nota sextantis.

Est in Kircheriano pendetque gr. 4,30. In museo neapolitano vidi alterius seriei sextantem littera V instructum.

h) LADINOD vel LADINoD in postica.

Caput iuvenile laureatum.

Cornu copia et nota unciae.

In Kircheriano, pendet gr. 3,55.

Vidi apud Depolettium exemplar notatum V in antica.

i) LADINOD vel LADINoD et L in posticae exergo, semunciae nota.

Caput Dianae cum pharetra et arcu.

Canis venaticus currens, virga seu baculus.

Habeo apud me. Vidi in museis neapol., monac. et mediol.: semuncia.

k) LA in postica.

Caput laureatum barbatum.

Luna falcata et astrum.

Est in Kircheriano; semuncia.

73. IDN⊙Ⅰ vel ID⊗HH, vel IDN⦶I, vel IDN⊗H, vel IDN⊗D in postica.

Caput iuvenile laureatum.

Bos humana facie.

Vidi in museis Parisino, Monacensi, Vindobonensi, al. Nummus est Hyriatinorum Garganensium barbarae et corruptissimae artis, epigraphe vero concepta modo locativo, modo sexto casu cum paragogica littera *d*,

Digitized by Google

Singularis est forma et varia litterae ⊗ ⊘ ⊘ quae habetur a doctis pro *th* ex Graecorum alphabeto: at litteratura non est eius aetatis qua usurpabatur a graecis *t* decussatis lineis introrsus instructa, cum plene esset scripta, nec reliquae litterae cum litteris graecis, verum cum iis conveniunt quibus Larinates utuntur. Quare puto sic ab Hyriatinis pingi coepta O ut ab Hyriatinis campanis littera Y cui lineam addunt in media furca Ψ pro puncto, quo etiam instruunt ϒ: nimirum casu fit ut O formam accipiat ⊗ qua Graeci antiquissimi utuntur pro *th*, et Y sic pingatur Ψ, qua figura Graeci achaici *ps* reliqui fere *ch* solent scribere. Erit igitur legendum *Irnoi*, *Irnoii*, *Irnod*. Omnino conferendi sunt nummi Obulconis latine inscripti ubi sic pingitur ⊙BVLC⊙ ut O graecum ⊖ imitetur (Lorich, Recherches num. concernant les médailles Celtibériennes, 57, 4). Ipsum oppidum *Irnum* hac dialecto Frentana invenimus dictum, at a Graecis YPION, teste Strabone.

CAP. X.

Nummi in Apulia flati, cusi.

74. (=505.) *a*) TIA|TI, A in postica, vel TIATI in postica, A in antica.
Caput muliebre diadematum.
Iuvenis nudus diadematus equo insidens, et coronam imponens: infra delphin.

Nummi duo argentei alter ab Avellinio editus (Opusc. II, 4, 2), alter a Minervinio (Bull. nap. IV, 1, 6). Tertium vidi in museo Santangeliano in quo integra epigraphe TIATI a tergo equitis.

b) (TI)ATI in postica.
Caput deae galeatum.
Hercules stans leonem suffocat, pone clava.
In museo Santangeliano ex argento, libella.

c) TIATI in postica.
Caput muliebre velatum.
Aquila volans ad dexteram.
In museo Parmensi nummus aereus.

d) TIATI in postica.
Caput deae galea attica tectum.
Noctua pene adversa stans.

Vidi in museo Monacensi, estque in Santangeliano, et meo: in Parisino TIA tantum clare legitur. Friedlaenderus dedit TIAT, confirmatque alterum exemplum quod est apud me.

e) ITAIT in postica, IAIKAI IAIIS in antica.
Protome equi fraenati.

Digitized by Google

Leo pergens ad sinistram.

Edidit Minervinius, Osserv. Numismat. tav. I. 6-8.

f) TIATI in postica, et N nota pretii.

Caput Iovis laureatum.

Aquila fulmini insistens.

Est in Kircheriano. Carelliani duo pendent gr. 31,974; 25,867. Sambonianus gr. 32,67.

g) TIATI in postica, et nota quincuncis.

Caput Minervae galea corinthia tectum.

Noctua stans pene adversa, arbor ad dextram.

Est in Kircheriano, pendetque gr. 19,60. Carellianorum quatuor pondus est 19,400; 14,781; 14,897; 10,778.

h) TIATI in postica, et nota trientis.

Caput Herculis barbati spolio leonis tectum.

Leo versus ad dextram, supra clava, infra astrum.

Vidi in museo Parisiensi, et est apud me pendetque gr. 10,50.

i) TIATI in postica, et nota quadrantis.

Typi iidem ac in quincunce.

k) TIATI in postica ad laevam, in exergo nota sextantis ••, et semunciae ⊂ ad dextram.

Typi iidem ac in quadrante.

Est in Kircheriano et pendet gr. 5,25. Avellinius (Opusc. III, p. 115, 116, tav. I, 8) putavit in hac littera ⊂ latere monogramma W (= VM), quo compleretur urbis nomen TIATI; pro quo imminutum legens in suo exemplo TIA supplevit TIAtiVM. At extat nummus Romanorum Luceriae percussus, ROMA, ⊢ cum typis sextantis, et nota semunciae ⊂. V. p. 51, 30, *c*.

l) TIATI in postica et nota sextantis.

Typi iidem ac in superiore *h*.

Est apud me pendetque gr. 6,70.

m) TIATI in postica et nota unciae.

Typus in antica idem ac in sextante.

Noctua pene adversa stans, infra nota unciae, ad dextr. corona.

Est in Kircheriano et vidi Vindobonae. Semunciam nondum invenimus in hac serie.

n) TIATI in postica.

Caput Neptuni laureatum.

Iuvenis nudus delphino vectus vas ansatum dextra porrecta tenens, tridentem sustinet sinistra: infra nota quadrantis.

Est Neapoli in museo Santangeliano, et vidi in Vindobonensi. Carellius male posuit globulos quatuor: pendet gr. 6,313, fere ut quadrans cum typo Minervae et noctua, cuius exempla duo carelliana pendent gr. 5,902; 6,826. Est igitur extra seriem cusus typis tarentinis.

Digitized by Google

75. (=5.) *a*) ⊢ PVIIO · I · F · C · MODIO · CN · F in antica.

Caput Apollinis laureatum.

Equus saliens, supra astrum.

Vidi Luceriae apud Lombardos. Alterum exemplum prope Luceriam nactus, mihi ostendit Franciscus Mongelli, sed iam pene sectum bifariam a pastoribus. Caronnius legit GR · F in exemplo, quod Paesto tribuit.

b) ⊢ SExtiO · Π · BAB in postica.

Caput Apollinis coma in vertice constricta.

Gallus stans.

Vidi Neapoli apud Lauriam.

Edidit Minervinius (Saggio di osserv. numism. p. 105), qui legit SE · POS · Π · BAB · ⊢, explicavitque: Sergius Postumius, Publius Babidius, Luceria. Mommsenius vero sic ⊢ Sergius Postumius, Publius Babbius, litteram I et ipse pro sigla nominis oppidi habens. At initiales nominis urbis aut oppidi nunquam in nummis latinis punctum admittunt. ⊢ itaque praenomen est duumviri praefecti coloniae, SExtii fortasse. ΠOS a Minervinio lectum deprehendere non potui in nummo male flato.

c) Argenteum nummum adhuc nullum Lucerinorum invenimus qui cusus sit typis lucerinis. In museo Santangeliano tamen extat libella typis Arpanorum, qui et ipsi a Tarentinis sumpserunt, addita littera ⅃ in antica. At nomen Pulli ΠΥΛΛΟΥ aperte ostendit a Pullo, qui fuit princeps Arpanorum et Salapinorum, cusum, litteramque *l* retrogradam, notam pretii esse. Habet hic in antica caput Minervae galea attica tectum, in postica Herculem genu nixum, clava instructum, leonem suffocantem; in exergo πΥΛΛΟΥ litteris fugientibus. Larinatium et Brundisinorum extat aerea semuncia, I, L nota inscripta.

Sequitur nunc ut dicam de nummis Lucerinorum propriis, nam de iis quos Luceriae Romani suis typis signaverunt, egi in Romanis. Series igitur duplex est altera aeris flati, altera aeris percussi. In priori serie, quae est ponderis quadrantalis, Lucerini inscribunt solam initialem litteram nominis sui, eamque duplici modo. Nam modo effingunt media forma, modo pene quadratam, quod alibi demonstravi, et nuper in diss. de canon. Ritschelii. Nolim tamen diutius silentio obruere quod dudum perspexi; nempe male in semunciae postica descriptores hactenus putasse polypum effictum atque expressum; est enim ibi thyrsus Bacchi taenia obligatus in summa hasta, cuius infimo pedi annexa est linea obliqua litterae initialis Lucerinorum. Hi vero pro taeniae lemniscis imaginantur ibi esse polypi pedes, et pro capite thyrsi somniarunt polypi corpus.

Digitized by Google

Lucerinorum aerei nummi extra seriem percussi, qui hactenus innotuerunt, hi sunt.

a) ⅄ in postica.
Caput Neptuni.
Delphis.
Nummus repercussus typis superadditis, in antica capite Apollinis, in postica leone gradiente ad dext. epigraphe *romano* non exstante defectu metalli.

b) ⅄ in exergo posticae.
Caput iuvenile, florente mala.
Leo, supra caduceus.
Est apud Baselicem biccariensem in Apulia.

c) LoVKDEI in postica.
Caput Herculis imberbis spolio leonis tectum ad dext.
Arcus et clava.
Vidi in museo neapolitano et stanno expressi.

Series nummorum quam Lucerini ferierunt haec est.

d) (= 507.) LoVCERI in postica.
Caput Minervae galeatum, nota quincuncis.
Rota radiorum octo.
Est in Kircheriano et pendere solet fere semunciam, quamobrem series referenda est ad assem uncialem: pendet gr. 14, 00.

e) LoVCERI in postica.
Caput Herculis imberbis spolio leonis tectum, nota trientis.
Clava, pharetra, arcus: nota trientis.
Est in Kircheriano, pendetque gr. 10, 3; 14, 00.

f) LoVCERI in postica.
Caput Neptuni; nota quadrantis.
Delphin, supra quem ferrum tridentis marini.
Est in Kircheriano tribus exemplis, pendetque 8, 50; 9, 00; 9, 80.

g) LoVCERI in postica.
Caput muliebre laureatum velatum: nota sextantis.
Conchae striatae facies exterior.
Iidem typi sunt in sextante Larinatium.
Qui est in Kircheriano pendet gr. 6, 60.

h) LoVCERI in postica.
Caput Apollinis laureatum capillo ad cervicem submisso: nota unciae.
Rana.
In Kircheriano, pendet gr. 3, 70, apud me gr. 3. 50.

Digitized by Google

i) LoVCERI in postica.

Caput Dianae, supra frontem luna falcata.

Luna.

In Kircheriano et apud me, pendet gr. 2,50. Videtur esse semuncia.

k) LoVCERI in postica.

Duo capita Dioscororum pileis instructa.

Duo equi salientes.

Videtur esse semuncia.

Louceri ea terminatione scriptum est qua *Tiati*, eodem itaque est opinor casu. Oppidum Tiatinorum quoniam duplici forma effertur, id est Tianum et Tiate, necesse est ut communis sit origo Tia: inde Tiate oppidum et civis Tiatis, Tiatinus. Ablativus Tiati ut *Opi*, *Turri*, *Aeri*, quae perinde antiquissima sunt. Nec aliter Louceri ex nominativo *Loucer* ut *Tuder*, *Tudere* sic *Loucer*, *Louceri;* est enim promiscue terminatus hic casus per *e* vel per *i*. Tianum Osci Campani declinant ablativo addita paragogica *d*, ЯVИПІТ: Latinorum TIANO, quem genitivum pluralem esse docti hodie tenent, pro Tianom, ut *Romano*, aeque *Romanom; Aisernio*, *Aisernino* pariterque *Aiserniom*, *Aiserninom;* tamen ut quidam sentiunt in Osca epigraphe genitivus est ΜΥΙΤΠΙΙΤ. At hic non video quam recte dicatur TIATI esse vocabulum imminutum pro *Tiatiom*, itemque *Louceri* pro *Louceriom*. Non enim procedit argumentum cum constet nullum genitivum pluralem imminutum hactenus extitisse ut in *o* sic in *i*: contra et Osci et Latini flectunt in *im* addita constanter littera *m*, ut *Aisernim*.

Nummi fusi.

76. (=26.) *a*) VE in antica.

Tres lunulae gibbo sibi oppositae.

Conchae striatae exterior facies.

In Kircheriano, pendet gr. 39,00; 46,50; referendus ad assem unciarum V-VI.

b) VE in antica.

Delphis et nota sextantis.

Idem typus.

In Kircheriano, pendet gr. 15,90; 22,40; referendus ad assem unciarum III-IV.

c) VE in antica.

Lunula.

Lunula et nota unciae.

Est in tab. Carelliana XXCIX. 14.

Digitized by Google

(=508.) *d*) VE in postica.

Caput deae galeatum, nota sextantis.

Duo delphines urinantes.

Est in Kircheriano, pendetque gr. 10,80; 14,25 referendus ad assem quadrantalem.

e) VE in postica.

Imago dimidia Herculis imberbis clavam ferentis humero inclinatam, tectique leonis spolio; nota unciae.

Leo sedens lanceam humero inclinatam portat.

Habui olim apud me, vidique in museo Ducis de Luynes, pendetque gr. 4,62; 6,57.

f) VE in antica.

Noctua ramo insistens.

Protome apri et nota ⊰ semunciae.

Vidi in museo Santangeliano pendet gr. 1,75.

g) VE in antica CAQ in postica.

Imago Herculis imberbis dimidia quae spolio leonis tegitur, et clavam humero inclinatam fert; nota pretii N · II.

Duo dioscori equitantes lanceis proiectis.

Est in Carelliana tab. XXCIX, 1. Alibi non vidi. Pendere fertur gr. 47,40. Est itaque dupondius pertinens ad assem uncialem.

h) VE in antica.

Caput Bacchi imberbis hedera cinctum.

Bacchus pedibus coturnatis systide indutus, lauro coronatus, sedens, altero pede saxum premens, cistam prope habens, thyrsum laeva tenet, botryonem ostentat dextra.

Vidi Neapoli, Florentiae, in museo Ducis de Luynes Parisiis, tandem Vindobonae, quod exemplum est caeteris praestantius: pendere solet gr. 30,00; 34,00. In ingente saxo quadrato sedentem, cui apposita sit stella, putavit Cavedonius: ex prava nempe delineatione Carelliana nummi.

i) VE in postica.

Caput Iovis, nota quincuncis

Aquila fulmini insistens.

In Kircheriano et apud me, pendet gr. 13,40.

k) VE in antica.

Caput deae velatum diadematum; nota quadrantis.

Tres lunulae sibi gibbo oppositae, in singulis stella.

In Kircheriano pendet gr. 11,70.

Triens percussus non fuisse videtur.

l) VE in postica.

Caput deae galeatum, nota sextantis.

Digitized by Google

Noctua ramo insistens.

In Kircheriano pendet gr. 9-12.

m) VE in postica.

Caput adversum solis radiis cinctum clamide ante pectus constricta.

Luna crescens intra quam astrum, nota sescunciae •S.

In museo neapolitano, pendet gr. 6, 26. Hactenus omissa est unciae nota. Est haec itaque sescuncia, quam Paestani sic repraesentant •ξ, Hipponienses vero globulo et lunula •C, Venusini assumpto S latinorum, primi scribunt •S, nempe uncia semis, ut deinde Romae in argento legitur IS, idest libra semis.

n) VE in antica.

Caput Herculis barbati laurea cinctum, pone clava, nota unciae.

Idem typus ac in uncia superius descripta.

Vidi apud Sambon. et Lauriam.

o) VE in postica.

Caput Mercurii petaso tectum.

Calceus alatus Mercurii et caduceus, additur in exemplis mihi visis nota S semunciae.

Habetur in tab. Carelliana XXCIX, 12 ex editione Avellinii.

Vidi apud Vincentium Baronium negotiatorem et in museo Santangeliano, et habeo apud me, pendet gr. 3, 50.

p) VE in antica.

Noctua ramo olivae insistens.

Protome apri et nota ξ semunciae.

Vidi in museo Santangeliano. Igitur Venusini duplici nota signant semunciam: adhibent enim S vel ξ.

q) VE in antica.

Caput bovis adversum.

Caput aquilae.

Edidit Fiorellius, Osserv. num., tab. I, n. 7. Non vidi.

r) VE in antica.

Pagurus.

Rana.

Est in Kircheriano.

CAP. XI.

Nummi in Salentinis; in Lucanis, et extra Italiam a Romanis cusi.

77. (= 27, 509.) *a*) BRVN in postica et ⊢.

Victoria ramo palmae lemniscum imponens.

Delphin.

Digitized by Google

Vidi Vindobonae in museo. Est nummus parvus aereus a Brundisinis percussus semunciae notam, ut similis nummus Larinatium. pag. 75, *i*, illa sigla ⊢ repraesentans.

b) BRVN in antica.

Delphin et tridens.

Conchae striatae facies interior.

Edidit Avellinius, Opusc. t. II, tav. 5, n. 11.

Alius nummus invenitur iisdem typis cum epigraphe Γ P A ab eodem Avellinio editus Bull. napol. t. I, tav. VIII, 8, quem vidi Vindobonae in museo. Hic sub delphine pro tridente habet turbinem marinum, et delphis est ad dextram conversus. Ozantini etiam his typis utuntur, extàtque in museo Santangeliano exemplum in quo supra delphin est Δ E et corona; in Carelliano tridens est et littera A.

c) Post coloniam deductam a. 510 seriem non integram monetae libralis Brundisini percusserunt, sed sextantem unciam et semunciam in quibus iidem typi ut deinceps repetuntur. Caput Neptuni laureatum et Genius urbis delphino vectus, modo cornu copia, modo barbito instructus ferensque victoriolam sibi coronam imponentem, vel vas ansatum. Neptuno accedit identidem victoriola coronans et tridens; in posticae area sigillum varium; in semuncia est nota Ε pendetque gr. 1,334. Cusi deinde semis, triens, quadrans, sextans et uncia pondere iam imminuto ad assem semiuncialem et ultra. Tandem prodiere semisses in quibus primum apparent identidem nomina magistratuum: praecipua sunt in antica C · A ; M · BIT, QMAC · Q · ⅄L, in postica AT, ARR, L · CoRN, K, ME, Q · DE, Ꝑ.

78. (=511.) *a*) COΠIA in postica.

Caput Iani geminum.

Cornu copia et sigillum varium.

In Kircheriano: pendere solet gr. 7,95.

b) COΠIA in postica et nomina magistratuum dissimulata. In asse musei neapolitani sunt siglae: M · C · M · C · L · Q. Avellinius in alio legit L · M$^{M}_{Q}$L · L; Carellius habet L · L · M · DE quae corrupta videntur.

c) COΠIA in postica, et ⊢ · C · Q.

Caput deae Copiae: nota semis.

Cornu copia: nota semis, vel siglae.

Est in museo Santangeliano et Britannico; vidi etiam Vindobonae.

d) COΠIA in postica et C · L · Q

Caput deae galeatum, nota trientis.

Cornu copia et nota trientis.

In Kircheriano. Vidi in museo Monacensi cum siglis L · C · Q; alibi Q · ⊢ · C.

Digitized by Google

e) COΠIA, L·L·AID in postica.

Caput Herculis imberbis spolio leonis tectum: nota quadrantis.

Cornu copia: nota quadrantis.

In museo Santangeliano. Alibi L·L· omnino quadratum cernitur. Lectio C·L·AID, teste Mommsenio, Friedlaendero debetur.

f) COΠIA Q·L·C

Caput Mercurii petaso tectum, nota sextantis.

Cornu copia et nota sextantis.

Vidi in museo neapolitano: ibidem aliud exemplum est cum epigraphe L·L·AID. Mionnetus legit Q·L·C, Magnanus Q·Π·C, Riccius L·Q·C

Uncia et semuncia nondum apparuerunt, semissis est perrarus.

79. (=512.) *a*) VALENTIA

Caput Iovis, nota librae.

Fulmen, sigillum varium, nota I librae.

In Kircheriano et apud me pendet gr. 12,50, 10,90.

b) VALENTIA

Caput deae Valentiae, nota semissis.

Duplex cornu copia, sigillum varium, nota semissis.

Est apud me, pendetque gr. 4,50 et in Kircheriano.

c) VALENTIA

Caput Minervae galeatum, nota trientis.

Noctua, nota trientis.

In Kircheriano.

d) VALENTIA

Caput Herculis barbati, spolio leonis tectum, nota quadrantis.

Duplex clava, sigillum varium, nota quadrantis.

Est in Kircheriano.

e) VALENTIA

Caput Dianae cum pharetra, nota unciae.

Canis venaticus et nota unciae.

Est in museo Santangeliano.

f) VALEI...

Caput Mercurii petaso alato tectum, pone nota semunciae ε.

Caduceus, lunula, nota semunciae ε.

Vidi in museo Santangeliano et stanno expressi.

Huic similem Carellius tab. CXXCVII aere incidit, omisso oppidi nomine et nota semunciae in postica.

Cavedonius illud ε posticae putavit esse extremam nominis oppidi syllabam male effictam. Patet Carellium recte expressisse, aliquid vero defuisse in illo exemplo defectu metalli.

Digitized by Google

80. EBOS in postica.

Caput Iovis laureatum intra coronam lauream.

Fulmen.

Est apud me. Mionnetus quidem describit, sed non recte legit E·B·G·S (Descript. VI, 660, n. 338) in incertis ponens. Sestinius (Cl. gen. ad 2, 1821, p. 8) plenius scriptum invenit in aliis huius urbis nummis EBVSITANO, EBVSITANV. Graeci promiscue Ἔβοσος, et Ἔβυσος, et Ἐβοῦσος.

81. CARTEIA et ex altera parte CES | L·RAI | L·AGRI

A censoribus, ait Mommsenius, I. L A. p. 142, fortasse percussus. Aediles habentur in nummo Obulconis, in quo scriptum legimus.

⊙BVLC⊙ et nota CX altera parte L·AIMIL AID
M·IVNI

CN VOC·ST F CN FVL CNF

Nomina urbium hispani primo casu scribere solent VLIA, CARBVLA, CARISA etc. Reperitur etiam in eorum nummis nomen neutrius generis ethnicum ILOITVRGENSE, ILIPENSE, ORIPENSE, SAGVNTINV, et quod superius posui EBVSITANO, EBVSITANV, cui supplendum est, metallum, quod expressum legimus in nummis imperatoriae aetatis.

CAP. XII.

Nummi familiarum Romanarum Romae et extra cusi.

Denarius qui Romae primus cusus est a 486 pars septuagesima secunda fuit librae romanae (Momms. Hist. de la monnaie rom. II, p. 26, ed. Blacas). Ea aetate typus constans fuit in antica caput deae Romae, in postica Dioscori.

Deinde ab a. 537, hoc est ab asse unciali lege sancito fuit denarii pondus pars librae octogesima, coeptusque est variari typus in postica, ut modo Dioscori modo Diana in bigis, deinde etiam Victoria in bigis repraesentaretur.

c) ᵖCAESAR IMP, ⊥II
d) ᵖCAESAR
Typ. den. *a*. Caput Veneris. Aeneas, Anchisem et Palladium fert.
b. Id. typus, Amor additus vel Amor et sceptrum.
Trophaeum, hinc mulier moesta sedet, inde captivus nudus barbatus, capillo horrido, manibus post tergum revinctis vel sedet vel genu nititur et trophaeum suspicit.
c. Caput Veneris.
Trophaeum, hinc duo clypei et hastae duae et carnyx, inde petorritum gallicum.
d. Caput Vestae velatum, pone symbol.
Trophaeum, inde corona, hinc ancile.

372. ᵖMAGN PRO·COS ᵃCN PISO PRO Q (a. 705 seqq.)
Caput Numae diadematum: in diademate NVMA.
Prora navis.

373. ᵖMAGN·PRO·COS ᵃVARRO·PRO Q
Herma hominis barbati diademati.
Sceptrum inter delphinum et aquilam.

374. *a*) ᵃL·LENT·C·MRC COS ᵖQ (a. 705 seqq.)
b) ᵖL·LENTVLVS MR vel C·MR COS
c) ᵖLENT MR·COS

Digitized by Google

a. Caput iuvenile crinibus ad collum demissis in fronte fluctuantibus.
Iuppiter stans fulmen et aquilam tenet, hinc ara, inde astrum.
b. Caput barbatum diadematum.
Diana ephesia.
c. Triquetra cum spicis et capite Medusae.
Iuppiter stans fulmen d. et aquilam sin. tenet.

ᵖL LEN̄ C·MARC COS ᵃNERI·Q·RB (vel Q)
(a. 705 seqq.)
Caput Saturni barbatum, pone harpe.
Aquila legionis inter duo vexilla, quorum uni inscriptum H alteri P.

375. ᵖC·COPONIVS·PR ᵃQ·SICINIVS III·VIR
ᵃS·C (a. 705 seqq.)
Caput Apollinis diadematum.
Clava cum spolio leonis, hinc arcus, inde sagitta.

ᵖQ SICINIVS III VIR ᵃFORT P·R
Caput muliebre diadematum.
Caduceus et ramus palmae cum lemnisco decussati, supra laurea.

376. ᵃM·CATo·PRo·PR in nonnullis ROM·
ᵖVICR̄IX aliquando additur ST
Typ. den. Caput muliebre.
Victoria sedens pateram et palmae ramum tenet. Sub sella aliquando additur ST.

ᵃM·CĀO in nonnullis PR PR vel littera alphabeti latini graecique.
Typ. quinarii. Caput iuvenile hedera cinctum.
Victoria sedens ut supra.

377. *a*) ᵃQ METEL·PIVS SCIPIO vel SCIP, IMP
b) ᵖP CRASSVS·IVN·LEG·PRO·PR
c) ᵃCRASS·IVN LEG·PROPR ᵖMETEL·
PIVS SCIP·IMP
a. Mulier caput habens leonis imminente globo dextra delta fert: supra G·T·A.
Mulier alata, exerta mamma d. caduceum sinistra rotam radiis quatuor decussatis instructam ferens.
b. Caput virile barba et capillo cincinnato, infra caput aquilae et sceptrum.

Digitized by Google

Bilanx, cornu copiae, infra sella curulis, hinc spica, inde manus stringens lobum auriculae.

c. Caput muliebre turritum, hinc spica, inde caduceus, infra prora, supra instrumentum incertum circa aream laurea.

Tropaeum, lituus, guttus.

378. ᵃQ·METELL SCIPIO·IMP ᵖEPPIVS·LEG·F·C (a. 706–708)

Caput Africae tectum spolio elephantis, ante spica, infra aratrum.

Hercules stans innixus clavae impositae modio.

379. ᵃC·CAESAR IMP·COS·ITER ᵖA·ALLIENVS·PRO·COS (a. 707)

Caput Veneris.

Vir nudus pallio sinistrae involuto proram navis pede premens dextro, in manu dextra triquetram tenens.

380. ᵃCAESAR·DICT ᵖITER

au. Securis simpulus.

Lituus, gutturnium, in laurea.

381. ᵃCOS·TERT·DICT·ITER ᵖAVGVR PONT·MAX (a. 708)

Caput Cereris.

Instrumenta pontificalia simpulus, περιρραντήριον, securis, guttus.

382. ᵃC·CAESAR·COS·TER ᵖA·HIRTIVS·PR (a. 708)

au. Caput muliebre velatum.

Instrumenta pontificalia, lituus, guttus, securis.

383. ᵃC·CAES·DIC·TER ᵖL·PLANCVS PR vel PR·VRB (a. 708, 9)

au. Thorax Victoriae.

Guttus.

384. ᵃC·CAES·DIC·TER ᵖEPPIVS LEG (a. 708, 9)

ae. Caput biceps.

Prora.

385. ᵃMAGN PIVS IMP·F ᵖEPPIVS LEG

ae. Biceps.

Prora.

386. ᵖCN·MAGNVS·IMP ᵃM·POPLICI·LEG·PRO PR (a. 709)

Digitized by Google

Typ. den. Caput mulieris galeatum.

Gn. Pompeius f. proram pede premens palmam praebens mulieri ferenti clypeum et hastilia duo.

387. ᵃCN·MAGNVS·IMP·F (vel CN MAGN IMP) ᵖM·MINAT·SABIN·PR·Q

Caput Pompeii.

Cn. Pompeius fil. e navi descendens manum porrigit feminae stanti super arma, hastam ferenti, capite turrito; vel inter duas feminas caput turritum habentes stat, quorum altera genu nixa ei scutum offert; vel ab una earum ferente trophaeum coronatur, ipse hastae innixus, dum altera caduceum fert hastae imperatoris manu admota.

388. *a*) ᵖC·ANTIVS·C·F ᵃRESTIO vel DEI·PENATES (a. 705-9)

b) ᵃC·ANTIVS ᵖRESTIO

Typ. den. *a*. Caput virile imberbe vel

Capita duo deorum penatium iugata, diademata.

Hercules incedens cum clava, tropaeo et spolio leonis.

Typ. quin. *b*. Bucranium vitta ornatum.

Ara accensa.

389. S·C· *a*) ᵖT·CARISIVS·III·VIR ᵃMONETA

Caput Monetae.

Incus, pileus Vulcani, forceps, malleus.

b) ᵖT·CARISI ᵃROMA

Caput Deae Romae.

Globus coelestis quatuor zonis cinctus, hinc sceptrum, inde temo, globo incumbit cornu copiae.

Mancinius putat eodem anno cusum, quo Caesar annum ad cursum solis accommodavit intercalari mense sublato (Suet. in Iul. XL, Carm. Mancino, Storia della moneta romana dalla morte di G. Cesare pag. 33).

Est et sestertius in postica repraesentans cippum globum sustinentem, in area vero coronas quatuor.

Digitized by Google

390. *a. b*) ᵃC · CONSIDIVS · PAETVS vel C · CONSIDI · PAETI

c) ᵖC · CONSIDI ᵃPAETI

Typ. den. *a. b.* Caput Veneris laureatum.

a. Sella curulis.

b. Victoria in quadrigis.

Typ. quin. *c.* Caput Veneris.

Victoria tropaeophora gradiens, ad sinistram respectans.

Typ. sest. Caput muliebre galeatum (Cohenius putat caput Cupidinis).

Globus cum cornu copiae duplici.

391. *a*) ᵖM · CORDIVS ᵃRVFVS · III · VIR

S · C *b. c*) ᵖM · CORDIVS ᵃRVFVS in quin. nomen in antica, cognomen est in postica.

a. Capita Dioscororum.

Mulier stans bilancem dextra tenet, sceptrum sinistra, Cupidine dorso eius haerente.

b. Caput Veneris.

Cupido delphine vectus frenato.

c. Galea cui insidet noctua.

Aegis cum capite Medusae.

Typ. quin. Caput Veneris vel galea.

Cupido palmam et coronam ferens.

392. *a. b. c*) ᵖL · HOSTILIVS SASERNA

d) ᵖ... HOST ᵃ.. ERN (a. 705-9)

a. Caput deae quernam coronam ferentis.

Victoria caduceum et trophaeum ferens.

b. Caput mulieris comis solutis, demissis, pone carnyx.

Diana taurica cervum cornibus tenens et hastam.

c. Caput viri barbati crinibus hirtis et remulsis, pone scutum.

Vir nudus ex bigis iaculum intorquens retrorsum, scuto armatus, auriga nudus flagello equos adigens.

d. Caput mulieris comis solutis et demissis pone cervicem carnyx.

Tres iuvenes stantes ad dextram versus in septorum ponte intra funiculos.

Digitized by Google

393. *a*) ᵃA · LICINIVS, FIDES ᵖNERVA III VIR vel ᵖA · LICINI · III VIR ᵃNERVA, FIDES

b) ᵖA · LICINI ᵃNERVA

Typ. den. *a*. Caput Fidei vel Apollinis laureatum.
Eques capillo hominem rapit, modo hasta, nunc hasta et clypeo armatum.

Typ. quin. *b*. Caput Minervae vel Apollinis capillo calamistrato.
Eques desultor palmam ferens equo admisso, vel Victoria cum palma et corona.

394. *a*) ᵖPALIKANVS ᵃHONORIS vel *b*) LIBERTATIS vel *c*) FELICItatis

S · C *d*) ᵖPALIKANVS

Typ. den. *a*. Caput Honoris laureatum.
Sella curulis, hinc et inde spica.
b. Caput Libertatis.
Porticus rostrata, sella imposita.

Typ. quin. *c*. Caput Felicitatis.
b. Victoria in bigis coronam ferens.

Typ. sest. *d*. Vas.
Cippus globum sustinens: in area coronae quatuor.

395. *a*) ᵃL · PAPIVS · CELSVS · III · VIR

b) ᵖL · PAPIVS · CELSVS

Typ. den. *a*. Caput Triumphi florente mala laureatum: pone tropaeum, infra TRIVMPVS, vel caput Iunonis Sispitis.
Lupa fomitem ferens, ad lignorum struem, aquila adstat atque alarum agitatione ignem excitat.

Typ. quin. *b*. Thorax.
Virgo draconem nutriens.

Typ. sest. *c*. Caput Mercurii pone caduceus.
Lyra.

396. *a*) ᵃL · PLAVTIVS ᵖPLANCVS (a. 705-9)

b) ᵃPLAVTIVS

a. Persona Medusae similis serpentibus capillo intortis.
Aurora quadrigas equorum ducens.

b. Persona fluxo et intorto capillo.
Aurora equorum bigas aut equum ducit.

Digitized by Google

397. *a. b. c*) PL·VALERIVS ACISCVLVS in quin. P

a. Caput iuvenile laureatum cincinnatum in corona laurea, additur aliquando astrum in vertice, pone acisculus taeniis vinctum.

Caput muliebre in corona.

b. Caput iuvenile florente mala, cincinnatum diadematum in corona laurea, pone acisculus.

Europa tauro vecta velo supra caput distento, vel avis capite humano, galea, scuto et duabus hastis armata.

Typ. den. *c*. Caput Iovis, pone acisculus.

Siren.

Typ. quin. Caput Victoriae.

Acisculus in corolla laurea.

Typ. sest. Cornu copiae duplex cum lemniscis.

Acisculus.

398. CAES·DIC·QVAR (a. 710)
COS·QVINC

au. Thorax Veneris.

Laurea.

399. *a*) PL·AEMILIVS BVCA CAESAR·IM P M (a. 711)

b) PL·BVCA CAESAR DICT·PERPETVO

c) L·AEMILIVS·BVCA·IIII·VIR PAXS

Typ. den. *a*. Caput Caesaris laureatum, pone cervicem luna falcata.

Venus stans hasta vel sceptro innixa, victoriolam manu tenens.

b. Caput Caesaris laureatum.

Caduceus et fasces decussati, globus coelestis, manus iunctae, securis pontificalis.

Typ. sest. *c*. Caput Veneris.

Dextrae iunctae.

d. Idem typus.

Venus stans tunica induta, vel sedens ad medium corpus velata, sceptrum tenet et dextra victoriolam porrigit.

400. *a*) PL·FLAMINI·CHILO IIII·VIR·PRI·FL (a. 711)

b) PL·FLAMINIVS IIII·VIR

a. Caput Veneris.

b. Victoria in bigis coronam ferens.

Digitized by Google

Caput Caesaris laureatum.
Mulier hastae innixa caduceum dextra porrigens.

401. *a*) ᵃCAESAR IM (vel IMPER ᵖM·METTIVS
b) ᵃCAESAR DICT QVART ᵖM · METTI
Typ. den. *a*. Caput Caesaris laureatum.
Venus victrix dextra victoriolam tenens, sinistra sceptrum vel hastam et clypeum globo impositum, quem quatuor ambiunt zonae sese intersecantes, vel circuli segmenta circa orbem se excipientia.
b. Caput Caesaris laureatum.
Iuno lanivina hastam vibrans in bigis.
Typ. quin. Caput Iunonis lanivinae.
Victoria agitans bigas.
Typ. sest. Caput muliebre.
Virgo draconem pascens.

402. *a*) ᵃCAESAR IMPER vel (a. 711)
b) DICT · PERPETVO vel
c) PARENS PATRIAE ᵖP SEPVLLIVS·MACER
d) ᵃCLEMENTIAE CAESARIS ᵖP SEPVLLIVS MACER
e) ᵖP · SEPVLLIVS MACER
ar. *a*. *b*. Caput Caesaris laureatum.
Venus victrix sceptro innixa victoriolam habens in manu, infra sceptrum stella vel clypeus.
c. Caput laureatum velatum Caesaris.
Desultor, in area palmae ramus vel corona.
d. Tetrastylum.
Desultor, ut supra.
e. Caput Antonii barbatum velatum, ante lituus, pone cervicem guttus.
Desultor.

403. *a*) ᵃCAESAR · PARENS · PATRIAE (a. 711)
ᵖC · COSSVTIVS · MARIDIANVS · (IIIIV)
AAA F·F
Quatuorviratum acute collegit Mancinius iunctis radiis quatuor e litteris nominis decussatim ea de causa, ut videtur, scripti.
b) ᵃCAESAR DICT PERPETVO vel DICT · IN · PERPETVO ᵖC · MARIDIANVS

Digitized by Google

a. Caput Caesaris velatum, laureatum.
Postica sine typo.
b. Caput velatum, laureatum.
Venus victrix stans, clypeo brachium innixa, sub clypeo globus segmentis circa orbem se excipientibus.

404. S · C au. *a*) ᵃC · NORBANVS L · CESTIVS PR
(a. 710, 11)
au. *b*) ᵃNORBANVS
au. *c*) ᵖL · CESTIVS C · NORBA PR
a. Caput muliebre.
Cybele in bigis leonum tympano innixa.
b. Caput Veneris, pone cervicem numerus.
Cheniscus, fascis cum securi, caduceus, spica.
c. Caput Africae spolio elephantis tectum.
Sella curulis, galea imposita.

405. *a*) ᵖALBINVS BRVTI F ᵃPIETAS
b) ᵖALBINV BRVTI F ᵃPOSTVMIVS COS
c) ᵖALBINVS BRVTI F
a. Caput Pietatis.
Duae dexterae iunctae, caduceus.
b. Caput Postumii consulis.
Corona spicea.
c. Caput galeatum florente mala.
Carnyces duo decussati, scutum gallicum, parma.

406. ᵖALBINVS BRVTI F ᵃC PANSA
Persona barbata Satyri, pone pedum.
Dexterae iunctae, caduceus.

407. *a b. c*) ᵖC · VIBIVS · C · F · C · N ᵃPANSA
c) ᵖC·VIBIVS·C·F·C· N IOVIS AXVR ᵃPANSA
d) ᵖC · PANSA · C · F · C · N ᵃLIBERTATIS
e) ᵖC · PANSA
a. Caput Bacchae.
Ceres spicea redimita in bigis serpentium taedam in manu ferens.
b. Caput idem.
Ceres graditur duas in manu taedas ferens, ante aratrum.
c. Persona Satyri, pone pedum.
Iuppiter Axur iuvenili specie, capite radiato.
d. Caput muliebre Libertatis laureatum.

Digitized by Google

Mulier galeata exerta mamma, in congerie clypeorum sedens, sceptro innixa, thoracem habens ante se, pede orbem premit et a Victoria coronatur.

Typ. sest. Caput Mercurii.

Testudo, caduceus.

408. [a]P · ACCOLEIVS · LARISCOLVS (a. 711)

Caput muliebre.

Tres virgines lariscae in conspectu stantes baculum, virgam, asciam manibus tenent, laricis ramo exstante e capite singularum, et ramis duobus in intervallo.

Cavedonius in notis ad opp. Borghesii 1, p. 371, hunc unum esse putat ex quatuorviris a Caesare institutis.

409. *a. b*) [p]PETILLIVS [a]CAPITOLINVS nonnunquam *a*) S · F vel F · S

a. Caput Iovis.

Templum hexastilum ordinis dorici.

b. Aquila alis expansis fulmini insistens

Templum hexastilum ordinis dorici.

410. *a. b*) [a]M · ARRIVS [a p]SECVNDVS

a) F · P · R vel SECVNDVS in post.

au. *a.* Caput muliebre Fortunae populi Romani, hasta pura, laurea, phalerae.

b. Caput iuvenile florente mala, idem typus.

c. Idem typus.

Miles gladio et hasta armatus, exerto e tunica brachio, rapit a signifero unum e duobus signis.

411. [a]C · CLODIVS · C · F [p]VESTALIS (a. 711)

Caput muliebre florea corona cinctum.

Mulier velata sedens, simpulum tenens.

412. [p]C · NVMONIVS VAALA

Caput Victoriae, vel Numonii.

Miles vallum castrorum oppugnat, intus duobus militibus defendentibus.

413. au. *a. b*) [a]L · SERVIVS · RVFVS [p]TVSCVL

a. Duo capita Dioscororum.

Moenia Tusculi.

b. Caput barbatum Servii Sulpicii Rufi.

Duo Dioscori stantes gladio et hasta armati.

Digitized by Google

414. ᵖC · CASSI · PR · COS vel IMP (a. 710-712)
ᵃM · AQVINVS LEG · LIBERAS
au. Caput muliebre diadematum, addita epigraphe *Libertas*.
Tripus cum cortina.

415. ᵃC · CASSI vel CASSEI · IMP
ᵖM · SERVILIVS · LEG ·
au. Caput muliebre laureatum.
ar. Acrostolium, vel au. Pagurus acrostolium stringens, infra diadema et balaustrium.

416. *a. b. c*) ᵃC · CASSI IMP ᵖLENTVLVS SPINT
a. Caput Libertatis addita epigraphe LEIBERTAS.
Guttus, lituus.
b. Tripus cum cortina et infulis.
Id. typus.
c. Caput Libertatis velatum addita epigraphe LIBERTAS.
Id. Typus.

417. *a*) ᵃM · BRVTVS IMP COSTA LEG
ᵖL · BRVTVS PRIM · COS
b) ᵖBRVTVS IMP ᵃCOSTA LEG
au. *a*. Caput Bruti in corona querna.
Caput Bruti senioris in corona querna.
b. Caput muliebre laureatum.
Trophaeum.

418. *a*) ᵖCAEPIO · BRVTVS · PROCOS ᵃLEIBERTAS
b) ᵖQ · CAEPIO BRVTVS IMP
a. Caput Libertatis.
Lyra, plectrum, ramus lauri lemniscatus.
b. Caput muliebre laureatum.
Trophaeum, infra aversae sedent in solo duae mulieres.

419. LEIBERTAS (omisso nomine)
Typ. quin. Ancora.
Temo.

420. ᵃBRVTVS ᵖLENTVLVS · SPINT
Securis, simpulus, culter.
Guttus, lituus.

421. ᵖQ · CAEP · BRVT · IMP (a. 710-12)
ᵃC · FLAV · HEMIC · LEG · PRO · PR
Caput Apollinis, lyra.
Victoria trophaeum coronat.

Digitized by Google

422. a) ᵃBRVT·IMP L·PLAET CEST ᵖEID MAR
b) ᵖBRVT·IMP ᵃL·PLAET·CEST
a. Caput Bruti.
Pileus inter duos pugiones medius.
b. Caput laureatum, velatum, modium ferens.
Securis, vas simpulo simile.

423. ᵖQ·CAEPIO·BRVTVS·IMP ᵃM·SERVILIVS LEG
au. Caput muliebre laureatum.
Trophaeum.

424. ᵖBRVTVS IMP ᵃCASCA LONGVS
Caput Neptuni laureatum, pone tridens.
Victoria graditur sceptrum infractum premens, palmam ferens et diadema discindens.

425. ᵖQ CAEPIO BRVTVS PROCOS (a. 710-12)
ᵃL SESTI PRO·Q in quin L·SEST vel SESTI
Typ. den. au. Caput muliebre velatum.
Tripus, culter, simpulus.
Typ. quin. a. Tripus, hinc pileus flaminicus, inde simpulus.
Sella cum hasta et vase ansato conicae formae.
b. Caput muliebre velatum.
Victoria palmam et coronam ferens.

426. ᵖQ·CORNVFICI AVGVR IMP
Typ. au. Caput Iovis Ammonis.
Vir togae lacinia velatus lituum tenens auguralem a Iunone Sispita coronatur: haec scutum ancile tenet cui insidet cornix.

427. ᵖMVRCVS IMP
Caput Neptuni, pone tridens.
Tropaeum, vir togatus mulieri supplici dextram porrigit.

Nummi in provincia a magistratibus romanis cusi.

428. ᵖT·QVINCTI (u. c. 556-560)
au. Caput barbatum.
Victoria palmam et coronam ferens.
Stater aureus pondere philippei gr. 8,50.

429. ae. In post. Q
Caput Bruti iunioris.
Sella et scrinium.

Digitized by Google

429, *a*. ae. ᵃPRINCIPI FELIX ᵖCOLON IVL
VE TE II VR

Caput Bruti.

Boves aratro iuncti.

Edidit Friedlaender, Bull. Inst. 1870, n. XI. Sic legens: (Bruto) principi felix. Colonia Iulia. Duumviri VE, TE Π.

429, *b*. ar. ᵃQ · LABIENVS · PARTHICVS · IMP

Caput Labieni.

Equus pelle instratus, frenum mordens.

Labienus, post pugnam pharsalicam, cum Parthorum manu, Palaestinam, Phoeniciam, Syriam, Ciliciam, Cariam occupans, ambitioso vocabulo *parthicum* se et *imperatorem* appellavit.

429, *c*. ar. ᵃREX · IVBA ᵖאיובעי המלכת

Thorax Iubae cum sceptro.

Aedificium hexastilum.

Iuba Hiempsalis II filius Mauritaniae rex partes pompeianas secutus, ad Thapsum a Caesare victus, mutuis cum Petreio vulneribus confectus, mortuus est a. 708. Lingua phoenicia, יהובעי המלכת, est, Iubai regnum.

430. ae. ᵃQ · A · M · F · C · V · II · V ᵖD · D

Caput iuvenile Sardi patris cristam in vertice ferens, pone lanceam.

Aratrum.

Coloniam Vsellis in Sardinia, quae Colonia Iulia Augusta in tabula hospitali (De la Marmora, It. Sard. II, p. 466) appellatur, per duumvirum Q. A. Marci Filium, Decreto Decurionum, aereum hunc nummum flasse putat Spano, Bull. Sardo, 1861, p. 145.

431. ae. M · ATIVS · BALBVS · PR
SARD PATER

Caput Balbi.

Caput Sardi patris.

M. Atius Balbus, praetor in Sardinia hic est Atiae pater, quae Octavio nupta, Octavium Turinum genuit, nempe Caesarem ex adoptione Iulii, Augustum.

Digitized by Google

432. CÆ · PR AESILLAS · Q (ante a. 672)
Tetradrachma macedonicum.

433. SI AESILLAS Q
Caput imberbe cornu e capillis exstante, fortasse Alexandri, ex coniectura Friedlaenderi, Bull. Inst. 1870. p. 199. seq.
Sella et scrinium.

434. SVVRA LEG PRO Q (u. c. 665-7)
Tetradrachma macedonicum.

435. LEG
Tetradrachma macedonicum.

436. D
Tetradrachma macedonicum.

Cistophori.

437. P
AA Q
Aera incipit an. Varroniano 620, nempe autumno.

438. C · FABI · M · F · PRO COS (u. c. 697/7)

439. T · AMPI · T · F PRO COS (u. c. 697/7)

440. C PVLCRI · AP · F PRO COS (u. c. 699-701)
C PVLCHER PRO COS
PVLCHER PRO COS
In cistophoris trallensi et pergameno.

441. C · FAN PONT PR (u. c. 705)
In cistophoro trallensi.

442. Q · METELLVS · PIVS · SCIPIO · IMPER (u. c. 706)
In cistophoro pergameno.

443. P LENTVLVS P F IMPERATOR (u. c. 698-701)
P LENTVLVS P F IMP
In cistophoris laodiceno, apameno.

444. AP PVLCHER AP F PRO COS (u. c. 701-703)
PVLCHER PRO COS
In cistophoro laodiceno.

445. M · CICERO PRO COS (u. c. 703, 31 Iul. 704)
M TVLL · IMP (u. c. 703, 13 Oct. imperator [appellatus est)
In cistophoro laodiceno.

Nummi in Sicilia cusi.

Siculorum nummi latine loquentes cum alii nomen ethnicum, alii praeterea vel unice nomen romani magistratus prae se ferant, liberaeque reipu-

Digitized by Google

blicae aetate percussi appareant, hunc sibi vindicant locum. Post principem de Torremuzza et Landolinos et Riccium postremus de his disputat Mommsenius p. 143 seq., nihil tamen addens de suo, quippe qui fateatur ad archetypa editionem exigere sibi parum licuisse. Ego hanc lacunam supplere conabor, quamquam Siciliam non adierim, ex quantulacumque ope quam mihi attulit noster Iosephus Romanus, apud quem quos ego accurate examinavi describo. Horum copiam in duas classes distribuendam puto: nempe in eos qui probabili coniectura Lilybaei sunt percussi, et qui Panormitana ex officina prodierunt.

Panormitanorum typus plerumque in maioribus nummis est caput Iovis et in postica miles hastae innixus, pateram dextra porrecta tenens. In area visitur monogramma urbem designans ⋈ nunquam non graece. Nam quod monogramma inscribitur ⋈, lectumque est aliquando ⋈, ab aliis hactenus pro P(an)or(mo) male, a Mommsenio pro *Por(to)* imprudenter acceptum est. Siquidem quod in media ⋈ visitur, non est circellus, quem pro littera O sumere liceat, sed globulus ea forma, qua unciae solent significari in nummis. Lilybaetanis fuit persaepe usurpatus bifrons pro typo nummi maioris et fere partium subiectarum, in postica vero laurea, cuius in medio quo loco nomen magistratus inscribi solet, iisdem typis monogrammate ethnico, instructus nummus mihi visus ⋈ facile indicium praebuit loci ΛΙΛΥ. Hoc igitur uti licebit, iure puto, ut seriem Panormitanorum *a* discretam a serie *b* Lilybaetanorum exhibeam.

Series *a* cuius typus in postica miles.
Nummi quos ego expendi detriti erant fere omnes.

446. C · CALP in postica; pondus gr. 6,80.
Torremuzza, Iscr. di Pal. p. 192. tab. 11. n. 20.

447. *a*. Q · FAB in post. gr. 4,10.
Intra ⋈
Torr. op. cit. n. 16.

b. Q · FAB in post. gr. 1,40.
Caput Herculis imberbis spolio leonis tectum.
Arcus et clava.

c. Q · FAB in post. et mon. ⋈ gr. 4,10.
Torremuzza, Iscr. di Pal. p. 192. tab. 11. n. 16.

d. Q · FAB · in post. gr. 1,40.
Caput Herculis iuvenis spolio leonis tectum.
Arcus et clava.

448. CRASSIPES (P. Fourius? 670-673 aed. cur. V. num. 301).
Edidit Cohen, Méd. Consul. p. 357.

449. L · M in post. et mon. ⋈ gr. 4,80.

450. L · ME in post. et mon. ⋈ gr. 3,85: asper.

Digitized by Google

451. P · ARC in post.
Caput Herculis iuvenis spolio leonis tectum.
Lancea nodosa.
Est apud me, Torremuzza edidit unciam, sive litram, dicas, cum epigraphe AR loc. cit. n. 24.
FV in post. et mon. FP gr. 5, 45.
Torremuzza, Iscr. di Pal. p. 192. tav. 11. n. 14. male descripsit AV.

452. AV in post. et mon. FP.

453. MV in post. et mon. † gr. 5, 35.
Pone militem temo.

454. NAS in post. gr. 3, 50.
O
Torr. op. cit. n. 22.

455. A POM in post. gr. 5, 85.
Torr. op. cit. n. 21.

456. L POS in post. gr. 8, 10.
Torr. op. cit. n. 17.

457. C · E in post. gr. 6, 15.
Torr. op. cit. n. 19. qui male pinxit E; Mommsenius cum aliis prave solvunt TRI: cum sit legendum TEREN.

Series *b* cuius typus in postica laurea.

458. AV ACILIQ in post. gr. 5, 20.
Bifrons.
Corona.
Hunc Acilium putavit Borghesius aetate augustea vixisse (Œuvres epigr. III p. 520).

459. *a.* A in post. gr. 4, 10.
Bifrons.
Corona.

b. A in post. gr. 2, 70.
Caput muliebre velatum.
Corona.

460. Q · AVI (Q. Avi) in post. gr. 4, 85.
Bifrons.
Corona.

461. *a.* Q · B in post. gr. 7, 70.
Bifrons.
Corona.

b. Q · B in post. gr. 1, 80.
Caput muliebre laureatum.
Corona.

462. *a.* NA in post. gr. 5, 85.
SO
Bifrons.
Corona.

b. NA in post. gr. 2, 70.
SO
Caput Iovis.
Corona.

c. NA in post. gr. 1, 80.
SO
Caput muliebre velatum.
Corona.

d. NASO in post. gr. 8, 70.
Bifrons.
Corona in medio globulus.

Digitized by Google

463. FR in post. gr. 6, 85.
Bifrons.
Corona, in medio Π globulus male pro circello hactenus acceptus.

Aliis typis.

464. *a.* MV·ACILI in post. gr. 5,30.
Caput Aesculapii laureat.
Baculo serpens intortus.
b. MV·ACILI in post. gr. 4,10.
Caput Iovis laureatum.
Aquila fulmini insistens.
465. M · ACILI in post. gr. 8,35.
Caput Iovis laureatum.
Aquila fulmini insistens.
466. P · E in post. gr. 6,15: asper.
Bifrons,
Lupa geminos lactans.

Nummi in Sicilia cusi aetate augustea pendere solent gramm. gall. fere octo.

Horum in numero sunt
A. Laetorii, Q. Terentii Culleonis,
M. Pacci Macxumi, Sisennae proconsulis.

467. HISPANORVM in postica.
N in antica.
Caput Minervae galeatum.
Miles hasta proiecta in saliente equo. Pendet gr. 7.

Nummi sedis incertae.

468. MVF in post. SCAEVA in ant.
Caput deae galeatum.
Centaurus manibus supra caput elatis ramum fert cursu ruens ad dextram.
Male expressit Cohen, Méd. cons. t. VI, Iunia, 4. Vidi in museo Vindobonensi.

469 MV · AVF in post.
Thorax obversus Herculis barbati clavam ferentis, et in humero sinistro spolium leonis.
Homo tunica indutus currens ad laevam sinistra extensa aliquid incertum ferens humero inclinatum.
Vidi.
470. CAI in post.
Caput Bacchi imberbis hedera redimitum.
Panthera tyrsum ferens armo inclinatum.
Vidi in museo Parmensi et stanno expressi. Legitur passim CAΠ vel CAI, sed est monogramma litterarum CAΠ vel CAI. Mommsenius in postica leonem describit gerentem baculum vel thyrsum: sed bestia in nummo insculpta non est iubata, et aures pantherae habet. Similem nummum dedit nuper Reg. Poole (A Catalogue of the Greek Coins, p. 84) cum epigraphe Ā: Nomen esse magistratus CANΠ, CAN, TA videtur persuadere comparatio nummi Marruvinis male attributi, de quo infra n. 472, in quo clare insculptum C · RVB vel RVB.
471. M FOVRI in ant.
Caput deae galeatum.
Scylla versa ad laevam.
Vidi. M. Furius Crassipes

Digitized by Google

praetor in Sicilia fuit an. u. c. 587 (Liv. L. XLII, 1). Hunc huius nummi auctorem puto.

472. C · RVB in post.
Caput Herculis barbati diadematum: pone clava
Cerberus triceps gradiens.
Nummus aeneus musei Kircheriani pendens gr. 5,30. Semissem dixit Sestinius, male accepto diadematis lemnisco pro littera S. Ex museo Millingeni primus edidit Sestinius (Class. Gener. p. 12) sibi sit lectum AARVB. Millingenus in opusculo *Considérations sur la numism.* p. 233, in dubium revocavit epigraphem: nihil legi posse in detrito nummo affirmans praeter · RVB antecedente puncto et vestigio litterae, putavitque magistratui romano tribuendum. Nummus Millingeni, in Kircheriano asservatur et C · litteram habet ante RVB sat clare expressam. In exemplo quod vidi, in museo Florentiae, in quo extant vestigia RVB; Parisiis in museo Ducis de Luynes legi RVB, omisso praenomine, nam locus ante vacuus est et levis.

Haec quae congessi satis esse reor: plura non addam, quae edita, plerumque male describuntur, vel quae extorri absque libris et museis nunc plene describere non est, quorum in numero ponas velim aereos nummos a magistratibus romanis in Bithynia cusos cum epigraphe C · PAPIRIVS CARBO (a. 693-695), C · CAECILIVS CORNVTVS (a. 698-702), item civitatum liberarum nummos latine inscriptos.

Digitized by Google

PARS EPIGRAPHICA

INSCRIPTIONUM LATINARUM ANTIQUISSIMARUM

473. (= 38, XXXVI A). — **Romae in tabula.**

ENOS LASES IVVATE
ENOS LASES IVVATE
ENOS LASES IVVATE
NEVE LVAE RVAE MARMAR SINS INCVRRERE IN PLEORES
5 NEVE LVE RVE MARMAR SINS INCVRRERE IN PLEORIS
NEVE LVE RVE MARMAR SERS INCVRRERE IN PLEORIS
SATVR EV EERE MARS LIMEN ...E STA BERBER
SATVR FV FERE MARS LIMEN SALI STA BERBER
SATVR FV FERE MARS LIMEN SAII STA BERBER
10 ..MVNIS ALTERNEI ADVOCAPIT CONCTOS
SEMVNIS ALTERNEI ADVOCAPIT CONCTOS
SEMVNIS ALTERNI° ADVOCAIIT .....OS
ENOS MARMOR IVVATO
ENOS MARMOR IVVATO
15 ENOS MARMOR IVVATO
TRIVMPE
TRIVMPE
TRIVMPE
TRIVM ..
....MPE

Carmen arvale ut pervenit ad nos in Actis fratrum Arvalium non ea est orthographia, qua olim priscos Latinos usos scimus, neque distributum ut oportuit sed continenter scriptum. Itaque sic dividendum carmen censui ut a doctis viris dudum est factum. - V. 1-3 Enos Lases iuvate, est Nos, Lares, iuvate: extremum verbum veteri orthographia aliter scribi non potuit nisi *iovate:* Lases antiquis dicebantur qui recentius Lares (V. Varron. de L.L. l. VI). - V. 4-6 Luae ruae vel Luerue Mommsenius in duas voces dispescens legit Lue rue, et, collata glossa cyrilliana, Lues, πτῶσις ἐπὶ οἰκοδομῆς,

Digitized by Google

rue pro ruina scriptum coniicit. Marmar nomen Martis esse putatur, quasi Mamar seu Mamars, quem Mamertem Osci appellabant. - V. 7-9 Satur fufere Mars ex Berghii coniectura est Satur fue fer, Mars. Limen sali sta berber. Verba haec Arvales, ait Mommsenius, non ad deos sed alter alteri dicunt: limen sali, sta, verbera. At quomodo fieri potuerit, uti Arvales, qui clusi in aede tripodabant, limen salirent, ad id se mutuo hortarentur, nos intellegere non possumus. Martem Arvales hortari videntur, ut, praedae satur, templi sui limen saliat, idest intret, stet berber. Vox berber habenda fortasse pro appellativo, collata graeca voce πέρπερος, quae est ἀλαλάξιος, ἀλάζων. Sic e Graecorum κάρκαρος Latini querquerus fecere. - V. 10 provocant se fratres Arvales ut alternatim deos invocent omnes: nam vetus fuit mos, ait Servius, omnia generatim numina invocandi post speciales deos.

474. (= 195, XCV). — Romae tabulae marmoreae fragmentum in aedibus capitolinis.

ANO
U · EXEMET · LECIONES
XIMOSQVE · MACISTRATOS L
OVEM · CASTREIS · EXFOCIONT · MACEL
VCNANOOD · CEPET · ENQVE · EODEM · MAC
5 EM NAVEBOS · MARID · CONSOL · PRIMOS · C
LASES · QVE · NAVALES · PRIMOS · ORNAVET · PA
CVMQVE · EIS · NAVEBOS · CLASEIS · POENICAS · OM
VMAS · COPIAS · CARTACINIENSIS · PRAESENTE
DICTATORED · OLG OM · INALTOD · MARID · PVCN
10 TQVE · NAVEIS T · CVM · SOCIEIS · SEPTER
OSQVE · TRIRESMOSQVE · NAVEIS · X
M · CAPTOM · NVMEI · Φ Φ Φ DC
TOM · CAPTOM · PRAEDA · NVMEI · ⊕ ⊕
· CAPTOM · AES · ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕
15 ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕ ⊕
QVE · NAVALED · PRAEDAD · POPLON
CARTACINIE IS NVOSO
EIS CAPT

Latinis veteribus, ait Quintilianus (Instit. 1, 7, 12), *d* pluribus in verbis adiectum ultimum, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quae est Duellio in foro posita. Rostratas columnas Duellio positas memorat Servius (Georg. III, 29) e quibus una in rostris, altera ante circum videbatur sua aetate a parte ianuarum. « Ea quum sub finem saeculi v. c. sexti, ait Ritterus (Elem. gramm. lat., Berol. 1831 p. 109) fulmine in Capitolio icta et discussa esset (cf. Liv. 42, 20), postea de integro facta et

Digitized by Google

in foro posita est. Conf. Quintilianus 1, 7, 12. Quod quum fieret Lucilii fere aetate, scribendi consuetudo ad eam, quae tunc placebat, immutata videtur ». At exemplum veteris inscriptionis, quod superest, mancum et imminutum, eius litteraturae esse manifestum est, quam augusteam vocamus. Quaeritur itaque sitne veteris inscriptionis apographum recens, an hac aetate primum scriptum elogium ab homine qui sermonem antiquitatis affectaverit, quod opinatus est Sirmundus, et post eum alii, recentioresque ad Mommsenium usque et Ritschelium. Rationes a Mommsenio hae fere sunt datae: Quod elogium est male scriptum; tum recedit a brevitate et simplicitate antiqua, insuntque quae grammaticum aetatis claudianae magis referant, quam quinti saeculi scriptorem: maxime *s* et *m* nunquam omissae, *c* pro *g* posita, quod a saeculo quinto iam abhorrere constat, *in* vel *en* praepositio pro *endo*, cet. Quibus de causis columna ipsi videtur posita sine inscriptione, aut brevissimam et simplicissimam habuisse; istam autem accessisse aetate imperatoria. Addam supplementa proposita.

..... Secestanosque ..... ob[sidioned exemet lecionesque cartaciniensis omnis [maximosque macistratos luci palam post dies [novem castreis exfociont. Macelamque opidom vi [pugnandod cepet enque eodem macistratud bene [rem navebos marid consol primos ceset copiasque [classesque navales primos ornavet paravetque [eumque eis navebos claseis poenicas omnis item ma[xumas copias cartaciniensis praesented hanibaled [dictatored olorom in altod marid pucnandod vicet [vique naveis cepet cum socieis septeresmom unam quin[queresmosque triresmosque naveis xxx merset xiii [aurom captom numei ΦΦΦDCC [arcentom captom praeda numei ccclɔɔɔ [omne captom aes ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ... ɔɔɔ [... ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccclɔɔɔ ccc ... . pri[mos quoque navaled praedad poplom donavet pri[mosque cartaciniensis incenuos duxit in triumpod [... eis ... capt ...

Ad duellianam columnam moremque sic honorandi viros fortes Ennium puto respexisse illis versibus de Scipione a Trebellio in vita Claudii relatis.

Quantam statuam faciet populus romanus
Quantam columnam quae res tuas gestas loquetur.

Pocula testacea.

475. (= 43, X B f). — Ex agro volcentano allatum.

AECETIAI · POCOVOM

Aecetiam esse Aequitiam proposuere Bernaysius et Mommserius, confirmavit Ritschelius (Suppl. V, XI) arguens aequitiam sic dici potuisse ut nequitia.

Digitized by Google

476. (Suppl. V, tab. V B). — Romam ab homine clusino allatum.

AISCVAPI · POCOCOVOM .

Puer sine pinnis volans dextra guttum manantem, sinistra artis medicae sive chirurgicae instrumenta in theca reposita fert, inde duabus taeniis nodo constrictis dependentibus.

Erravit pictor in pococolom syllaba *co* iterata. In Ephemeride epigraphica quae Berolini editur fasciculo primo p. 8 poculi picturam sic descriptam legi: puer volans d. praefericulum, s. pateram tenens. Guttum hic praefericulum vocat, thecam pateram nuncupat perperam. Quid sit praefericulum docet ex Festo Paulus (p. 248, Mull.), vas nempe aeneum sine ansa, patens summum, velut pelvis, quo ad sacrificia utebantur veteres in sacrario Opis consivae.

477. (= 44. XI a). — Romae olim in museo Campanae.

BELOVAI · POCOVOM

Caput muliebre in corolla florea.

Descripsi. Belola vox est latina et certae significationis utiturque ea saepenumero Plautus. Ignorari autem quid hic significet, ait: « cum neque deae videatur convenire, neque καλῇ », propter reliqua pocula omnia deorum dearumque nomina referentia. Pro dea Belona Belolam positum non dubitat Ritschelius (Suppl. V, p. XI). Atqui olim tamen non Belona at Duelona scribi debuit, monente Varrone de L. L. l. IV: Bellona a bello nunc, quae Duellona a duello.

478. (= 45. — Ex agro hortano.

COFRA · POCOVO

Lectiones quae feruntur hae sunt. Homo hortensis qui primus vidit descripsit COTRA · POCOVO. Fuit deinde poculum apud Secchium, qui legit COFRAI · POCOVO et Cofram pro Cupra habuit. Post Secchium vidi ego non litteras sed litterarum vere umbras fugientes aciem oculorum in zona rubri coloris olim albo inscriptas: putavi vero legendum COERAE · POCVVO (Mélang. d'Arch. et d'Histoire, éd. Martin et Cahier, tom. IV, p. 31). Iterum post aliquot annos cum poculum reperissem et litterarum vestigia secundis curis examinassem, haec visa sunt potius esse huiusmodi: COFRA · POCOVO. Quod tertiae litterae appictum est macula potius putanda est quam pars elementi I. Coira vero est Cura. Porro veteres animi virtutes passionesque uti et bona quae putantur ac mala aris fanisque coluerunt. Nota finalium litterarum absentiam in Coira et pocolo.

Digitized by Google

479. (= 46, X D d). — Ex agro Volcentano allatum. Nunc in museo Vaticano.

KERI · POCOLOM

Puer alis instructus atque hypothymiade comptus duas inflans tibias.

Descripsi. Littera *p* quadrata est, *o* mediae formae, *l* pene normalis: male igitur titulus est hactenus editus. In carmine saliari, ait Festus, p. 122, Cerus manus intelligitur creator bonus. A Graecorum Κῆρι ortum Kerum potius puto: nam Cerus sic nuda voce dici potuisse non constat qui Cerus manus est. Nota litteram K ex graeca consuetudine: nam prisci Latini non usurpant.

480. (= 47, X E e). — Ex agro hortano allatum: nunc in museo Vaticano.

LAVIIRNAI · POCOLOM

Puer alatus ramum et pateram ferens.

Descripsi. Extremae duae litterae *o* sunt mediae formae, *l* initio mediae item est formae. Laverna lucum habuit via Salaria et fures sub tutela, quam ob causam fures olim dicti sunt laverniones, Fest. 117. Verba deam precantium leges apud Horatium Ep. 1, 16, 60:

pulcra Laverna
Da mihi fallere, da iustum sanctumque videri
Noctem peccatis et fraudibus obiice nubem.

481. (= 48, X A a). — Olim in museo Campanae.

SAIITVRNI · POCOLOM

Descripsi primus edidique in Bull. neap. meo an. 1, p. 86, inde Ritschelius. Vasculo urceoli forma est ansam unam habentis; quam poculi sive simpuli speciem Mommsenius oenochoen dicit, Ritschelius ollam. De Saturni nomine quaestio est. Ritschelius multa commentus est de supino *saitus*, unde putavit Saeturnum derivandum. In epitome Paulli codices servarunt Sateurnus, Saturnus. At Saturnus habet codex farnesianus Festi, quo loco proxima ordine vocabula cum a syllaba *Sar* ordiantur, Merckelius (in Ovid. Fast. CCXXX) scribendum legendumque putavit pro Saturno Saturnus, origine a Sarpendo ducta. Hae tamen merae nugae sunt: cum enim continuo post Saturnus legatur: Saturnia Italia Saturni dies festus, et id quidem ante vocabula syllaba *sar* incipientia manifestum est etiam *Sarturnia* et *Sarturni dies*, quod *sar* syllabam et ista praecedant, fere legendam. Aliam ineamus viam. Varro (de L.L. VI) ait in pluribus verbis *a* ante *e* alios

Digitized by Google

ponere solitos, alios non: ut quod partim dicunt scaeptrum, partim sceptrum, alii faenus, alii fenus. Contra hic videmus *e* post *a* ab aliquibus positum ut alii Saturnus, alii Saeturnus dicerent, ea ratione, qua Paniscos Painiscos pronuntiarent, Asclepius, Aisclapius.

482. (= 49, X F f). — Ex agro hortano allatum: nunc in museo Vaticano.

SALVTES · POCOLOM

Puer alatus tibiis canens.

Descripsi. Notabile est P clausum in voce pocolom quod tamen male apertum repraesentavit Mommsenius. Salutem coluere antiqui, inane figmentum, ut Fortunam, quibus fidem nullam habendam esse praedicat plautinus Argyrippus in Asinaria III, 111, 137 illis verbis:

exoptata obtingent
Ut consuevere, homines Salus frustratur et Fortuna.

483. (= 50, X C c). — In agro tarquiniensi inventum.

VOLCANI · POCOLOM

Puer alatus alabastrum sinistra tenens: pone herma barbatus.

Vasa, supellex varia.

484. (= 166, X H). — Ex Ardeate Romam advectum vasis testacei fragmentum, et per me in museum Kircherianum illatum, v. tab. I, 3.

|DMO · FAMILIAI · DONOM · V|

Est ori vasis illitus penicillo titulus colore albo, os patuit centimetris decem et octo cuius fere dimidia pars hodie extat inscriptionem non integram ferens. Edidi primum in Bull. neap. meo litteras et formam litterarum reddens ex memoria, cum describere non licuisset: quo factum est ut dono pro donom dederim. Decem annis post cum Romam venissem venalemque adhuc prostantem vidissem ab illo homine tandem ut emerem impetravi eramque editurus ex delineatione quam mihi conficiendam curaveram. Praevertit Ritschelius, annuente mei depositi custode, inscio me. Epigraphen primo supplevi sic: Dromo fameliai dono urnam dat pro quo deinde donom eram emendaturus. Ritschelius vero (de fictil. litter. 26) in hunc modum supplevit: Promos fameliai donom votum dedit: aliter Mommsenius: Eros Marci homo fameliai donum dat: et deinceps ex meliore apographo, ut ait, donom lubens dat. Nota litterae extremae partem superstitem non expleri nisi per V; quare Mommsenii supplementa reiicienda sunt.

Digitized by Google

485. (= 1543). — Ex Hatria picena in ventre urnae fictilis graphio inscriptum.

Q OBILI
MILI · M · OB · DA

Circellos pro punctis repraesentavit is qui Mommsenio descripsit: cum vero mihi constaret circellos nunquam punctorum loco ab antiquis adhibitos Gabrielem Cherubinum possessorem urnae per litteras interrogavi qua illa puncta essent forma: ille vero respondit in haec verba litteris humanissimis: « L'iscrizione non è publicata esattamente nel Corpus inscriptionum latinarum. Si è voluto dar fantasticamente la forma di cerchietti a que' segni, che nell'originale non sono che piccoli punti inframessi a ciascuna parola ». In epigraphe nomina sunt imminuta pro arbitrio supplenda. Mommsenius legit: Q . Obilius . Melantus . M . Obilius Dasius.

Nomina artificum in vasculis.

486. (= 51, I C c). — Collo Medusae aeneae musei Kircheriani insculptum, v. tab. II, 2.

C · OVIIO · OVI · IIICT

Descripsi, delineavi etiam ectypumque impresso stanno confeci. Saepe meditatus formam litterarum apicumque, nunquam, fateor, mihi persuadere potui, quod contendit Mommsenius. Sub littera C scilicet vocabuli IIICT additam ab artifice virgulam, quae videatur esse I fere ut postea pro numero VI scribi solet G. Ritschelius vero in eandem sententiam scribens ait (Enarr. tab. p. 2) vereri se ne non sit IIICT, sed IIICIT legendum, « I litterae indice, nisi fallor, hamulo illo, in quem C subtus desinit ». At hae nugae merae sunt. Litterae C nec virgula nec hamulus ullus additus est, neque hac aetate potuit, qua Latini monogrammata nunquam adhibuerunt nisi in nummis, ex spatii defectu. Levissima quae sub C nota apparet, non scalpro, ut debuit, nec alte, ut oportuit, insidet, verum vix superficiem scalpit, idque casu factum est, non manu artificis. Titulus anno 436 liberae reipublicae posterior est, quo tribus Oufentina est instituta.

487. (= 52, I B b). — Aeneae icunculae musei Kircheriani pallio insculptum: ea in agro orvietano traditur inventa.

C POMPONI QVIRI OPOS

Descripsi tractavique anno 1847 in Academia herculanensi Neapoli cum agerem de titulis artificum nomina referentibus et vocem *Opus*. Ritschelius

Digitized by Google

(Diss. de fictil. litter. p. 16) deinde Iahnius (in opusc. die Ficoron. Cist. p. 61). huius lectionis (nam antea legebatur C. Pomponio Virio Cos) Brunnio suo honorem dederunt, ego Marchio vindicavi. Lineola post R visa est Ritschelio esse littera, legendumque QVIRI. At virgula illa iustae litterae modum non attingit et eo aspectu est quo esse solent lineolae interstinguentes in titulis graphio scriptis, aliisque. In eleganti poculo musei Kircheriani litteris extantibus legitur DA'VINA':

DA'VINA'

488. — In pyramidio testaceo reperto prope Orbetellum, quae vetus Cosa est.

OVV

Prodiit in Bull. Instit. Boruss. Romae 1866, p. 244, descriptore, ut videtur, Helbigio. Nomen figuli est, gentilicii locum tenens.

489. (=1558). — In fragmento pyramidii testacei musei berolinensis.

ES
QVRAI

Nomen integrum esse videtur: editor Helbigius l. c. nihil monet. Figlinas habuit haec femina quae vocitata est Esqura, nempe Escura, graece Ἰσχυρά: nomen ignotae deae sive divae esse aliqui putant.

490. — In latere testaceo musei Kircheriani lato digitos quatuor, alto duos, capite perforato, uti pyramidia testacea omnia.

ANCAR · SILVI

Descripsi et charta expressi. Angarus est Silvii servus, vel Silvius, qui figlinas exercuit. Graeca imo persica origo vocis *ancar*, vide Hesychium. Nota *s* retrogradum et angulosum, *l* perquam acutum.

491. — In pyramidio testaceo veleiate, quod nunc extat in museo parmensi.

AIT
IOC
VS·FI
XITE

Charta exprimendum mihi curavi edidique in Diss. dei Canoni epigrafici di Federico Ritschl, ubi et interpretatus sum: Antiocus fi(n)xi te. Figulus opus suum cum alloquitur non minus belle id facit quam cum opus inducit alloquens emptores spectatoresve. Fixi pro Finxi *n* omissa scribitur.

Digitized by Google

492. (= 1557). — In dolio narniensi.

CN · IVNIO
C·L· POBLIIIIOS

Ab Erolio, qui invenit, ediditque (Opusc. Miscell. Stor. narn. vol. 1) didici, non uno exemplo repertum. Tractavi saepius et docui legendum: Cn . Iunius . C . L . Pobleiios . A poblo Pobleius, ut a poblico Poblicius, a plebe Plebeius. Nota duplex ii, de quo vide grammaticam Syllogae praefixam, p. 30.

493. — In parallelepipedo testaceo Castagnetae invento, litteris ferro alte insculptis per quatuor latera maiora.

SICN
C·OMM
CAL
ONT·

Descripsi et charta expressi. Memoriae et notitiae causa inscriptum puto: quemadmodum in parallelepipedo mutinensi signatum videmus annum 691. Vide inferius suo loco. Puto probabiliter sic legi posse: Signinum C. Om... Caloni.

Vascula cretacea.

494. — Poculum ex creta tenuissima, quae caolina vocatur, ramis et foliis eleganter ornatum, in agro caeretano inventum.

CALONI

Descripsi. Nomen servi esse videtur, collata epigraphe superiore.

495. — Patella cretacea nigra apud Valerium tuscanellensem.

VAPI

Prodiit in Bull. Instit. Boruss. 1866, p. 244 editore Helbigio. Nomen figuli est, puto graeca ex origine, Λάπος, quod, Hesychio interprete, est δῆς, δοῖλος.

496. — Patera cretacea foliis et anaglyphis ornata in agro volcentano reperta: nunc in museo vaticano.

C · POPIKI

Descripsi. In Ephem. epigr. berol male editus est hic titulus, descriptore Kohene, sic ut littera prima *p* sit clausa, secunda *p* angularis, *l* vero sic ⅃ effingatur.

497. — In vasculo ex creta coolina Caere effosso.

OCRICKO
C · POPIKI

Descripsi edidique in Diss. sui Can. epigr. di Fed. Ritschl, p. 12. Ocriclum nomen est urbis in qua C. Popilius offi-

Digitized by Google

cinam vascularium habuit. Supple igitur: Ocriclo fecit. Status in nominibus secundae passim sexto casu efferebatur aetate hac: Ocriclo igitur pro Ocricli positum puta.

498. (= 53, XL i XXVI 2). — In vasculo Caere reperto: nunc in museo parisiensi.

|NOVEIV| |ECIT CAVE|

Kramerus exscripsit plenius CANOVEIV ECIT · CAVENV. Calenus ne cognominis loco habeas monent nunc Mommsenius et Ritschelius, priore sua opinione reiecta. V. Ephem. epigr. berol. p. 9. A graecis artificibus sumpsit Canoleius, qui, qua ex urbe orti sunt, interdum post verbum scribunt. Exemplo recentiore utar ex manubrio vasis vitrei a me edito in Diss. Archeol. vol. I, p. 141: ΕΙΡΗΝΑΙΟϹ | ΕΠΟΙΗϹΕΝ | ϹΙΔΩΝΙΟϹ.

499. — In vasculo Caere reperto, colore nigro.

|ANOVEI\ |CIT · CAVENOS

Emi Romae. Moneo locum vacuum siglas non recipere praenominis paterni. A littera, duplici forma est: habet enim pro lineola transversa primo punctum, secundo lineam obliquam dextrorsum.

500. — Tarquiniis inventum.

V · CANOVEIOS · V · F · FECIT · CAVENOS

Prodiit in Ephem. Instit. boruss. 1866, p. 242.

501. — Tarquiniis inventum.

RETVS · GABINIO · C · S CAVEBVS · FECIT · E ·

Prodiit ibidem pag. 242. Tractavi ego in Diss. sui Can. epigr. di Fed Ritschl, p. 11, et interpretatus sum docens esse legendum in fine FECI · TE collato pyramidio Veleiate in quo legi ANTIOCVS FIXI TE. Vide supra n. 491.

502. — Locus non indicatur.

RETVS · GABINIVS · C · S CAVEBVS · FECIT

Digitized by Google

Prodiit in Ephem. Instit. boruss. 1871 p. 153 edente Ariod. Fabretto, qui putavit inde colligi posse, me non recte esse interpretatum *Feci te*. Hunc abunde refutavit ab Henzeno propositus similis vasculi titulus, in quo ille clare legi testatus est ΙΙΙΙC TII. Vide infra. Gabinius loco praenominis habet cognomen sive patronymicum *Retus* subditque post gentilicium siglas C · S, quas nullo negotio explicabis Cai Servus: dudum enim est intellectum, eos, qui liberti facti sunt ex manumissione, interdum anterioris conditionis nomen usurpare fuisse solitos.

503. — Tarquiniis.

RIITVS · GABINIO · C · S · CAVIIBVS · IIIIC TII ·

Confirmari hac nova epigraphe interpretationem meam FECI TE recte adnotavit editor Henzenius, Ephem. Instit. 1871 p. 153. At Mommsenius non putat veteres olim sic esse locutos (Ephem. epigr. berol. p. 10) eamque, ait, magis ab artis legibus recedere, quam si quis interpretaretur feci(t) te(stam). Artis epigraphicae leges nimirum id potius poscere putat Mommsenius, ut, artifices inscribant pro opere quod fecerunt, se laterem coctum fecisse, vel aes, aurum, argentum flasse, pro opere quod ex ea materia confecerint. Apage nugas.

504. — Caere repertum.

L · GABINIVS · L · F · FIICIT

Descripsi. Minus plenum apographum confecit Brunnius ediditque in Ephem. Instit. boruss. 1865 p. 221, id monens: quare frustra est enarrator Ephem. epigr. p. 10, qui affirmat lacunam in tituli initio se primum indicasse. Errat quoque ibidem cum scribit me dedisse L · GABINIO, si quidem in Diss. Can. epigr. di Fed. Ritschl p. 10, 11 dedi L · GABINIVS.

505. — In insula Sicilia repertum.

L · GABINIO — Tractavi in Diss. saepius citata dei Can. epigr. p. 10, ex Caylo, Recueil p. 85, tab. III 22, 4 an. 1759.

506. — Calibus repertum.

C GABINIO · T · N · CALIINO

Titulum hunc similesque conceptos esse casu tertio putavit olim qui edidit Mommsenius (Inscr. neap. lat. n. 6307, 23). Tractavi in Diss. saepius citata p. 11.

Digitized by Google

507. (Suppl. II, tab. II C). — Neapoli apud negotiatorem.

·K· ATIVIO Edidit Ritschelius loc. cit. ex delineatione Detlefseni. Littera O est mediae formae. Praenomen Kaiso, cuius causa Latini litteram K receperunt, ut a praenomine C sive Cavio quod tunc pro Gavio scribebatur sive Caio distinguerent. Elementum K Graeci aeque ac Latini aliquando ita scribunt ut lineam rectam linea altera seu curva ea sit, sive in angulum fracta, non tangat, sed prope accedat in hunc modum IC IK. Punctum siglam praecedens exemplis caret aetate hac liberae rei publicae. Saeculo octavo incipiente T. Clodius in aureo nummo siglam praenominis sic scriptam praebet ·M·F. Cave tamen ne hoc tamquam exemplo utaris: nam punctum initio appictum est, indicio ut esset lectionis continuandae cum versu superiore.

T·CLODIVS
·M·F

508. — Calibus repertum.

K·ATILIO Prodiit in Indicat. archaeol. (Archaeol. Anzeig.) 1863 p. 79: tractavi in Diss. cit. p. 10.

509. (=1499, XI K). — In manubrio vasculi ex creta caolina. Extat in museo Kircheriano.

Π·KAISI Descripsi edidique in Epigr. pomp. graphio scriptis p. 25, unde sumpsit Ritschelius. Integrum vasculum, eodem sigillo, Vulcis vidisse se narravit Brunnius, et ferebatur eo in hypogaeo inventum, ex quo mea opera Mastarna cum duobus Vibennis Aulo et Caelio prodierunt in lucem.

510. — In vasculo capenate litteris extantibus sub sigillo delphinum referente, v. t. II, 3.

KEV Vasculum graphio inscriptum quaere infra in epigraphis capenatibus. Qui descripsit graphio notatam epigraphen Henzenius nomen Celeris figuli non vidit, est enim litteris impressum minutissimis atque aciem fugientibus.

511. — In formae testaceae parvulae postica, litteris stilo impressis. Antica caput habet egregii operis hedera et lemniscis redimitum.

V·M Descripsi. Siglas V·M nomen artificis referre puto.

Digitized by Google

512. — In formae testaceae Faleriis inventae latere sinistro, cuius cava pars caput habet Iunonis velatum spectans dextram versus, litteris stilo impressis.

T · FOVRIOS · TT Delineavi edidique in Diss. archeol. vol. I, tav. VII, 1, abc, pag. 68. Quo praenomine fuerit hic Furius, Titi ne an Publii, definiri non potest.

Strigiles.

513. (= 1556). — In manubrio strigilis musei Kircheriani.

V · POVVIVIO Delineatum edidi in Diss. archeol. vol. I, tav. XI, 16, p. 140. In museum admissi Detlefsenus et Mommsenius perperam legerunt atque ediderunt, alter V · POVIVO, alter V · POVVIMO; et hic quidem fassus cognomini MO locum in tanta vetustate esse non posse (mirum ni ei obversatum est βούλιμος, quo nomine Graeci vim quamdam famis appellant, non tollerabilem, quam in diebus frigidissimis accidere ait Erasistratus, Gell. XVI, 3). L. Poulilius recte a Poulio derivatur. Exemplo sint gentilicia Atiliorum, Babbiliorum, Leviliorum, Metiliorum, Pobliliorum, Quinctiliorum, Spuriliorum ceterorumque, ab Atiis, Babbiis, Leviis, Metiis, Pobliis, Quinctiis, Spuriis, derivatorum.

514. — Strigilis Praeneste reperta: nunc in bibliotheca Barberinorum.

IOTVVVVVV Delineatam edidi loc. cit. n. 15. Inversam resupinamque edidit Detlefsenus. Vide Ephem. Instit. boruss. et Diss. meas archaeol. Similem olim vidi apud Patturellum Capuae sic inscriptam LVLVLLVTOI. Quo in titulo nomina profecto sunt artificis quaerenda, L. Ulul, monente duplici L ne continuetur Lutoi. Quae vox Lutoi fortasse pro Lutois ex graeco Λυττόεις orto a Λυκτός, Λυττός ut Πυξόεις a Πυξός.

515. — Strigilis Praeneste effossa: nunc in bibliotheca Barberiniana.

IBRONA Edidi delineatam in Diss. arch. tav. XI, 13. Detlefsenus perperam legerat IBIOMA. Facile nomen est fabri aerarii. o mediae est formae.

516. — Strigilis Praeneste effossa: nunc in bibliotheca Barberiniana.

ƆA · AN Edidi loc. cit. tav. XI n. 14. Male Detlefsenus extremam litteram omisit. Lectio est Navios Acilios, nam Acilii Praeneste noti sunt, sive Navios Acios pro Accios.

Digitized by Google

517. — Strigilis Praeneste inventa: nunc in bibliotheca Barberiniana.

ΑΝΑΤΑ Edidi loc. cit. tab. XI, 12. Atana nomen est graecum Minervae dorica dialecto, et potuit huic strigili inscribi ut in alio strigili ΣΩΤΕΙΡΑ.

518. — Strigilis Praeneste effossa: nunc in bibliotheca Barberiniana.

ΑΙΝΑΤΑ Edidi loc. cit. tav. XI, 11. Perperam Detlefsenus sic descripsit AI[illegible]ΚΙΙΑΙΧ. Atania eodem pacto dicitur ac Atana iota vel omisso vel addito extrinsecus. Sic Ἀτήνη et Ἀτηνία, Steph. de Urb. s. v.

Cistae sive arcae balneares.

Cistae, quas aiunt, arcae sunt condendis instrumentis balnearibus, qualia sunt strigiles, alabastra, specula, discernicula, pectines, spongiae, thecae, pyxides, linteamina, quae nonnunquam in arcis his praenestinis inventa sunt. Harum cistarum corpora saepe figuris ornantur incisis, pedes anaglyphis, manubria vero constant sigillis. In his quaedam etiam inscribuntur more apud Graecos recepto, nomina heroum praesertim deorumque.

519. — In lamella operculi manubrium sustinente.

[⅃ ↑] Descripsi. Artifices nonnunquam litteris veluti signis utuntur, memoriae causa, ut qui pedes, quaeve manubria, quaeque eorum partes simul iungendae et quibus cistis aptandae sint facile reminiscantur.

520. — In trium pedum cistae unius parte postica.

↑, Λ, I Descripsi. Eiusdem naturae ac superiores litterae sunt ab artifice supradicti indicii causa insculptae. Λ litteram an pro V inversa forma scripta sit mihi non constat. Litterae *a* forma quidem latina est, sed in his titulis permixtae litterae inveniuntur, ut in SΩΤΕΙΔΑ pro ΣΩΤΕΙΡΑ.

521. — In pedis cistae praenestinae, quae in Kircheriano est, parte postica inscriptum.

ΑΝΛ1ᴇ]ΣΕΑΜ Testibus adhibitis viris probis et harum rerum peritissimis pedem a cista amovendum cu-

Digitized by Google

ravi atque his palam inscriptionem in postica delineatam ostendi. Formam gypseam expressi, ipsum vero monumentum edidi in Diss. archeol. vol. I.

Ceterum Marchius, cui epigraphen illam a me detectam ostendi, primum repugnavit, tum quasdam litteras recognovit, memoravit etiam in cistae enarratione. Ritschelius a me editam in Opere Inscript. pompeian. graphio notat. excepit, laudavitque in Enarr. titul. p. 2. Tamen Mommsenius edixit me aliud nihil reperisse in pede cistae « nisi spatium vacuum rubigine obductum facile nugis talibus implendnm ». Haec ille. Legi ego Maquoulna sive Maquolna pro Macolnia, dixique in cit. op. et in Diss. archeol. p. 144 nomen hoc ab artifice signatum inibi esse, memoriae causa. Haec a me dudum scripta ignorat adhuc Enarrator Ephem. epigr. berol., qui p. 12 Schoenum facit huius observationis auctorem.

522. — In lamina cistae Kircherianae sustinente sigilla aerea tria.

DINDIA · MACOLNIA · FILEAI · DEDIT ·
NOVIOS·PLAVTIOS·MED·ROMAI·FECID

Narrat cista de se Novium Plautium artificem Romae fecisse, Dindiam Macolniam Praeneste filiae dedisse. Cum inscriptio exarata sit in cistae manubrio, quod constat sigillis tribus laminae scriptae insistentibus, et pedes et manubrium Praenestae corpori cistae addita sint, manifestum est, Plautium admirandi operis corpori cistae insculpti auctorem fuisse. Olim edebatur FILEA: ubi vero constitit sublata aerugine, quae obruebat, legendum tertio casu FILEAI, patuit simul a Dindia Macolnia nomen filiae omissum; verosimili e ratione, quod ipsa Plautii uxor erat, et filia Plautia nominabatur. Plautiorum gens Praeneste hac aetate ex titulis praenestinis nota est: verum Mommsenius Novium putat libertum familiae romanae plebeiae Plautiorum: at praenomen Novius romanum non est, nec in ea Plautiorum gente plebeia quisquam quod scimus, eo praenomine usus est. Fecid pro Fecit singulari exemplo scriptum.

523. (=1500). — Arcula ex agro praenestino Romam allata: nunc in museo Vaticano.



Diespiter adstat medius Iunonem inter et Herculem: Mercurius bilancem

Digitized by Google

in qua fata pensantur tenet: Memnon, hic Iafor, sive Iacor, nuncupatus, fatum audit. Ad sinistram tentoria sunt Achillis qui sibi ocream induit, adstante Victoria, quae galeam tenet: e stabulo Micos equos iugales educit. Ad dextram Aiax armis se instruit, cui adstat Virtus.

Edidi delineatam in Annal. Instit. boruss. 1861 tab. LIV. Dixi Iacor an Iafor sit nondum liquido constare, magis autem ibi Iafor mihi apparuisse in detrito loco et aerugine obducto, non recte igitur tabula eo loco litteram C videtur repraesentare. Contuli in hanc rem laconicum ἀβώρ, ἠώς loc. cit. p. 156. In pugna Achillis cum Memnone Aiacem etiam conflixisse nemo veterum praeter Daretem narrat: et Aiacis quidem tantam virtutem in eo conflictu fuisse ut scutum Memnonis irruens impelleret verteretque in latus: quo viso cum barbari accurrerent, Achilles iugulum Memnonis nudatum hasta transfigens victoriam Aiaci praeripuit. Virtus igitur Aiacis, Achillis victoria in historia illius pugnae celebrabatur, quam scite artifex Victoriae et Virtutis heroas ad pugnam armantium praesagio significavit. Quam ego Virtutem dixi in tabula scribitur VEMTVS, littera R sic festinanter scripta, ut speciem N habere videatur. Monui litteram R sic aliquando efformatam a veteribus ut obliqua linea inferior non demissam sed modo erectam nunc iacentem, modo etiam arrectam et repandam repraesentent, vel in infima linea verticali, ut hic in voce VICTORIA. Varias doctorum hominum lectiones addam hoc loco. Nam Ritschelius cogitavit Veritus fuisse scriptum pro Vertus, aut fortasse operarium voluisse scribere Venus. Iahnius legit Vepitus. Mommsenius primum in tabula contendit incisum Lapitus, deinde edixit huius nominis formam lectiones admittere Vepitus, Latitus, Lantus, Lapils, Vetitus, Ventus. Moneo, ne quem decipiat Iahnius, qui alas Victoriae oculatas esse dixit: qui enim oculi visi sunt illi esse, signa sunt ex parvularum bullarum ferruminatione relicta. Veteres vero catenulis e bullis his dependentibus arcam suspendere in more habuerunt cum itarent ad balneas. Nota in voce Diesptr omissionem vocalium *i*, *e*, nota etiam digamma ϝ retrogradum pro afflatu scriptum in ϝercles, atque litteram ⋮ in hac voce et in Aciles a littera V non distingui. Mircurius est pro Mercurio, Micos originem habet a dorica voce Μικκός.

524. (=1501). — Cista Praeneste effossa.

ꟻ]TNƎꟻA) OINVMAMA AVITENTM ATRVCTA FEVENA
CRISIDA AIAT AISES AVSIR

VENVS AVCENA

Paris Alexander ramum oleae ferens et verbenam aditum ad Helenam petit a puellis Ateleta et Alside quae tunc forte lautum ad fontem cum

Digitized by Google

Helena descenderant. Altera ex parte cistae Chryseis Aiace comite duabusque puellis equitantibus, Unimamma et Cassandra, dona ferens templum adit Apollinis Sminthii, cuius in limine conspicitur Aeses iuvenis. In operculo Venus in trigis, ductante equos charidum una, insequitur Augenam puellam, quae, trigis inscensis, ad iuvenem properat, qui ea conspecta fugam inhibere videtur.

Edidi in Ann. Instit. boruss. loc. cit. nec tamen simul cum ea inventam dixi, quam dedi supra: quod temere affirmat Mommsenius. Alexandri nominis extrema syllaba sub pede cistae latet, lege Alixentros. Romae in vetustis urbis operibus Alixenter se legisse testatur Quintilianus (Instit. I, IV, 6). Ateleta pro Atalanta scriptum habuit Iahnius, praesumens comites ex Heroidum genere Helenae datas: Alsir laconica forma videtur dicta pro Alsis, Ἅλσις, Ἀλσηΐς, ut *Crisis* pro *Criseis*. In Helenae nomine digamma litterae afflatae locum tenet, ut in Fercles, Fasia, Fata. Crisida pro Criseida per anadromen ab accusativo (Priscian. l. IV, 5, 25) dicta; Chryseis, Χρυσηΐς est: ex comitibus altera Oinumama, quam scite Iahnius esse Unimammam dixit, nomine appellativo, Amazon, posito loco nominis proprii, altera Casenter nuncupatur, quae in vetustis urbis operibus, eodem Quintiliano teste, Cassantra appellata est. Iuvenis Aises, quem Mommsenius legit Teses, mihi videtur Aesios esse. Aeses vero pro Aesis, idque pro Aesios, Αἴσιος, ut Mercuris, Vibis. Augenam puellam graeca ex origine Auroram appellatam puto, quae Graecis olim Αὐγή dicta est. Artifex in corpore cistae pro Ulysse Aiacem scripsisse videtur.

525. — Cista Praeneste effossa, inde Romae apud Pasinatium.

SIVANVS DOXA VADVMEDA AIATOIVIOS VECES SORESIOS
ACMEMENO ISTOR VAVIS

EBRIOS

Legibus certaminis equestris in columna propositis Aiax Oileus cum Agamemnone videntur certaturi, comitibus Soresio atque Istore, Lavide atque Ladumeda spectantibus. Locus certamini campus est silva circumscriptus, quem Silanus cum Doxa significant. In operculo Silenus, pronomine Ebrios, sedet, femina et vir monstris insident marinis.

Descripsi apud Pasinatium: prodiit deinde in Ann. Instit. boruss. 1870, tav. XXII, XXIII, pag. 335 seq. Leges in tabella praescriptae, Aiax et Agamemnon cum equis paribus opinionem mihi fecerunt agi de certamine equestri. Lais et Laomeda, Istor et Soresius (= Σωρήσιος), demum Doxa indicio mihi sunt his quasi personis allegorice significari primum certa-

Digitized by Google

minis spectatores populum Achivorum (λαίς, λαός) tum eius laudes et honores a poëtis celebrandos (Ἴσταωρ, Σωρήσιος, Δόξα). Declinatio in us et os promiscue in monumento adhiberi coepta est exeunte saeculo quinto, qua aetate usus litterae *g* a Signinis primum inductae nondum percrebuerat. Hinc Silanus, Ebrios, Oilios et Soresios; hinc Leces et Acmemeno. Moneo ΟΙΛΙΟΣ non ΙΛΙΟΣ legendum, quamvis veteres scripserint οἴλιος et ἴλιος ut notum est, et dudum in Ann. Instit. ostendi. Litterae *o* tres modulos novit antiquitas, maximum nempe ceteris litteris parem, medium, cuius species est in ΑCMEMENO, et minimum cuius exempla habes in ΟΙΛΙΟΣ et EBRIΟΣ. Ludunt qui minimam hanc formam pro puncto habent in voce ΟΙΛΙΟΣ, quam puncti figuram ne Ritschelius quidem novit, qui studiose varias punctorum formas collegit. Magis mirandus Corssenus qui leces, nempe leges, habuerit pro nomine equorum, ΛΑVIS pro ΛΑIS inserto digamma notissimum; Ladumeda pro Laumeda poni videtur, ubi littera *u* pro *o* posita in nomine composito revocat in mentem Alumentum pro Laumedonte corruptam vocem, tamen manente *u*. Sic Alcumenam dixere et Tecumessam constanter ante litteram *m*, contra ante litteram *l*, cum inseritur syllaba, antiqui ut in Hercole praeferunt *o*.

526. — Cista Praenestе effossa.

ΑCIΛES SIMOS ORESTE TONDRVS SECIΟΛVCVS CREISITA

ΕΛΕΝΑ

Achilles barbatus sedet auditque Simum: ex parte altera Orestes, Tondrus et Seciolucus equum ducens, qui ad fontem videtur accedere, ubi lavant Helena et Chryseis.

Descripsi fragmenta cum primum Romam sunt allata, praeter Oreste, Tondrus et extremam *a* in ΕΛΕΝΑ litteram, reliqua omnia. Prodiit in Ephem. Instit. boruss. 1872, p. 107. Redit hic etiam *o* minimi moduli in Seciolucus, quod pro puncto male habuit editor, legitque SECI·LVCVS, Secium putans esse nomen viri, Lycum equi. Hic editor etiam legit ORESTE pro ORESTES, quod cum verum esse possit propter simile HERCEΛE pro HERCEΛES, tamen cavendum est donec constet. Tondrus idem vult esse Tindareum, at sine causa. Origo nominis fortasse graeca, in ea enim lingua τονθρύς est fremitus, quod labiorum motu fit. Ex eodem fonte derivanda radix nominis compositi Seciolycus, cui suffragatur Οἰόλυκος, quem ita vocatum dicit Herodotus (IV, 149), quod pater eum dixisset Ὅϊν ἐν λύκοισι καταλειφθησέσθαι, Lobeck, Pathol. 332.

Digitized by Google

527. — Cista Praeneste effossa.



Castor hastae innixus; pone equus. Vir barbatus, obesus, manibus et pedibus, ad modulum pygmaeorum, brevibus, falcem et clavam tenens leonina pelle indutus.

Prodiit primum in Ephem. Instit. boruss. 1869, p. 132, deinde in Annal. eiusd. 1870, p. 344 seq. Aiunt pro Poumilionom posse quoque legi Polmilionom: nugae. Ceterum *ou* ex *u* ortum est: ex pumilo enim pumilio, *u* vero ex Graecorum *υ*, collata voce *πυγμῇ* et nomine proprio affine Pýgmalionis, *Πυγμαλίωνος*.

528. — Cista Praeneste effossa.



Iuppiter dextra Iunonis humero imposita sedet fulmen manu tenens: adstant Apollo, Liber, Mercurius, Hercules cuius nomen artifex caelare omisit, Mars Minerva Diana Victoria et Fortuna.

Prodiit in Ephem. epigr. berol. p. 14, n. 21. In Iovos ut in Herclo tituli navelliani metaplasmus est declinationis tertiae in secundam. Mercuris ut Vibis raro in Praenestinis exemplo. De Diaina tabulae pro Diana nihil monemur. Itaque si recte ductus exceperunt erit hic inserta vocalis subiunctiva ut in Saeturnus, Painiscos. Menerva pro Minerva constanter Etrusci, rarius Latini, quam Minerva. Mars et semel Maurs hac aetate, Marmar, Marmor in carmine Arvalium.

Specula.

529. (= 55, 1, E). — In cista ficoroniana inventum: nunc in museo Kirch.

POVOCES VOSNA ΛMVCES

Pollux stat, Amycus sedet, ambo armati caestibus, in medio Luna hastae innixa, pone astrum falcatum.

Descripsi. Quod affirmavi in cista Kircheriana inventum speculum, id Cecconio teste dixi, viro gravissimo, cui etiam debemus quod in agro prae-

Digitized by Google

nestino ad aedem S. Rochi repertam cistam scimus, St. di Palestrina p. 90. Mommsenius quaesivit a Brunnio esset ne speculum vere antiquum, et Brunnius respondit, non liquere sibi sincerae antiquitatis iudici imperitissimo, recte. Qui Graecis Πολυδεύκης, Tuscis ƎDVϟNVI, priscis Latinis POLOCES nuncupatur. Castoris, ait Varro (de L.L. V, 73), nomen graecum et Pollucis a graecis in latinis litteris veteribus nomen, quod est, inscribitur, ut Πολυδεύκης, Polluces, non ut nunc Pollux. Losna *s* insertum habet, nam veteri more scribebant cesna, poesna, pesna, pro cena, poena, penna. Amuces Oscorum more pro Amucos.

530. — Praeneste repertum.

CASTOR AMVCOS POLOVCES

Castor habitu discedentis a pugna, hastam humero reclinatam, pileum e nodo suspensum manu ferens. Amycus arboris trunco vinctus loris, Pollux hastae innixus: pone leontochasma aquam vomens.

Prodiit in Ephem. Instit. boruss. 1866, 14 et in Annal. 1869, tav. VII, 3, p. 198. Qui in speculo superiore est Amuces, hic Amucos, qui Poloces, hic Polouces: sic Iovis et Iovos, corare et courare, poublicom et poblicum.

531. — Praeneste inventum.

TEϟIS ΛIΛX ΛϟCVMENΛ

Thetis Aiacem armis instruit, quibus se ille induit adstante Alcmena cum lyra et plectro, pone Silenus.

Prodiit in Annal. Instit. boruss. 1870, tav. XXIV, XXV, p. 351. Telis antiquis Thetis est. Ennium citat Varro (de L.L. VII, 87): Dicitur a lympha, Nympha, ut Thelis apud Graecos, Thetis apud Ennium: Ea Thelis illi mater. Item Varro (de R.R. III, c. 9): Antiqui ut Thetim, Thelim dicebant, sic Medicam, Melicam vocabant. Alcumenam passim Plautus in Amphitruone usurpat. Artifex pro Achille Aiacem scripsit.

532. (= 56, I, G). — In museo Kircheriano.

IVNO IOVEI ƎNƎDЯƎH

Iuppiter in solio sedet: hinc virile membrum et Hercules clava instructus, inde muliebre secus et Iuno ramum ferens manu dimissa.

Descripsi. Iuno et Hercules Iovi tamquam generationis humanae auctori honorem dant, ipsi administri. Iovei Ritschelius primo nominativum dixit (in tit. mumm. 1852, p. XVI) adstipulatore Henzenio. Deinde Iahnio auctore intellexisse se ait pro dativo habendum (Enarr. tab. I, p. 3). Iterum

Digitized by Google

in Suppl. Enarr. p. 99 scripsit: Quod Iovei interpretatus sum dativum, nec nunc quidem muto: nec enim vel de ea forma vel de AVIXENTROM atque DIOVEM Buechlerus persuasit, nominativos, post alios, interpretans omnes (Mus. Rhen. t. XV, p. 444 seq.). Tandem (in Suppl. 1 a. 1862, p. XIII) de dativo Iovei, scribit, non esse dubitandum. Ego pro dativo semper habui. Hercele mihi nominativus est, sublata littera finali, unico fere exemplo, item mutato *o* medii vocabuli in *e*, vel potius ex Hercles factum inserta littera *e*.

533. (= 57, XI M). — In agro Orbetelli, quae est vetus Cosa, repertum.

VENOS DIOVEM PROSEPNAIS Iuppiter sedet fulmine instructus digitum in arcam intendens, in qua corpus Adonidis iacet: Venus Proserpinae de Adonide movet litem.

Dixi olim Iovem accusativum esse, atque rem sic esse expediendam ut sensus sit: Venus Iovem interpellat de Adonide Proserpinae. Henzenius more etrusco M putat sibilantem esse et IOVEM valere IOVES: Mommsenius pro accusativo habet et subaudiri putat, vides, nempe Iovem, neuter de genitivo Prosepnais, omisso *r* errore fabrili, quidquam mutiit.

534. (= 58, XI N). — Locus ignoratur.

CVDIDO VENOS VITORIA RIΓ

Venus comite Cupidine se Paridi sistit, cui adstat Victoria: Paris sedet.

Dixi in Ephem. Instit. boruss. 1859, p. 98, deinde in Annal. eiusd. 1861, p. 157, 161 errore caelatoris artificis factum ut CVDIDO sit pro Cupidine: probavit Ritschelius, Enarr. tab. p. 16. Addidi VITORIA esse pro Victoria, RIΓ pro Paride. Mommsenius legit Ritus quem nempe adeat Venus. Paridem scimus quidem in dearum contentione Veneri promisisse victoriam, quod artifex expressit, addita Victoriae hypotyposi. RIΓ sive RIS est, quod non constat, tam recte dici potuit dialecto praenestina, quam conia pro ciconia, ME+IO loco Promethei, de quo infra. Ceterum in monumentis praenestinis pro Paride Alixentros constanter appellatur hic Priami filius.

535. — Speculum Praeneste repertum.

VICTORIA AVIXENTROS Victoria coronam ferens adstat Paridi, qui sedet hastae innixus, pileo in humerum reiecto.

Descripsi. In iudicio dearum, quod repraesentatur in cista barberiniana edita a Conestabili Paridi adstat mulier alata. Hanc ego Victoriam dixi

Digitized by Google

ab artifice eo loco inductam ut significaret quas quae dearum pulcritudine vinceret: Paridem vero victoriam certaminis decreturum. Hac eadem de causa Ris vel Rit supra interpretatus sum Paris. Post haec eventu faustissimo accidit ut quae opinaveram confirmarentur, novo speculo reperto, vereque appareret in cista barberiniana, Victoriam, in speculo Paridem exhiberi. Confirmatur etiam Vitoria errore artificis scriptum pro Victoria.

536. (= 59, I, F). — In museo Berolinensi.

MIRQVRIOS ΛΙΙΤΕΝΤΡΟΜ

Mercurius aequam bilancem tenens mortis et vitae fatum pensat adstante Paride.

Alixentrom accusativum esse dixi, contra Henzenum, subscribente Ritschelio: v. supra. Constanter in his πρωταγωνιστὴς est casu recto, δευτεραγωνιστὴς, atque is, ad quem causa vel sermo refertur, obliquo. Nota in littera Q virgulam verticalem, ut in vetustissimis Graecorum monumentis.

537. (= 60, XI, D). — Locus, ubi inventum est, ignoratur.

OINOMAVOS ΛΡΙΟ ΜΕΛΕΡΠΑΝΤΑ

Oenomaus sedet, ad quem accedit Melerpantes Arionem equum freno ducens et tabellam diptycham manu ferens demissa.

Ad Oenomaum Elidis et Pisae regem venisse olim traditur Pelops certaturus, cui Neptunus equum Arionem concessit. Quaesitum igitur est quis esset iste Melerpanta. Ritschelius versu plautino collato Bacch. 810 (IV, 7, 12) ivit probatum Beleropanta esse. Atqui hunc Belerophontem cum Oenomao certasse pro Hippodamia nemo unquam audivit, neque equus eius, quo Chimaeram interfecit, fuit Arion, sed Pegasus. Videtur igitur Melerpantae sub nomine eum esse Pelopem intelligendum qui narratur Oenomaum curru superasse, equo Arione usus: vel, si magis vis, erravit artifex.

538. — Praeneste inventum: nunc in museo Kircheriano.

PAINSSCOS MARSVAS

VIBIS PILIPVS CAIVAVIT

Marsyas fruticem quatiens choream agitat cum Panisco.

Descripsi. Painsscos potius legitur quam Painiscos. Auctor caelaturae nomen inscripsit suum: Vibis Pilipus. Mommsenio videtur (in Ephem. epigr. berol. p. 15, 24), si quis proponeret Vibis esse casum tertium, ita ut sententia sit, Philippum caelasse Vibiis, facturum artificiosius magis, quam verius. Atqui hac aetate debuit scribi Vibeis. Vibis

Digitized by Google

igitur rectus casus est; cum vero Vibius praenominis et nominis vicem praestet, non facile dixeris utrum hic gentilicium sit an appellativum personae, gentis nomine omisso, ut saepe in nummis familiarum, e. g. Q. Metellus, Q. Pilipus, M. Metellus, C. Varro, Q. Maximus, Q. Molo, C. Talna, P. Sula, L. Philippus, P. Nerva etc. Cum vero, si praenomen omittitur, cognomen hac aetate praeponi gentilicio solet, uti e. g. Retus Gabinio; tamen rarissimo exemplo invenitur in nummis familiarum AVrelius RVFus, ut hic VIBIS PIVIPVS videri possit dici pro Pilipus Vibis. Ceterum praenomen aeque omittitur in titulo praenestino CAMEVIO·N·V, itemque in falisco ϟIIИVЯ+IIИ.

539. — In agro praenestino speculum inventum.

ΜΕΤΙΟ ΦΑΣΙΑ ΑCIVΑ

CEISIA·VOVCIVA·FATA·RET·IVVIO·SETIO·ATOS·RET·

Prometheus uxorem Asiam gremio fovet adstante ancilla, quae speculum tenet.

Asiam Promethei uxorem vocat Herodotus, de ea orbis parte locutus quam Asiam appellamus: Ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίαν. Herodotum secutus est artifex praenestinus qui Prometheum amplexantem et sinu foventem Asiam fecit eamque intectam. Serius Apollonii Scholiastes ad v. 444, Lycophronis et Apollodori auctoritate motus, qui Asiam Promethei matrem dixerunt, suadere videtur, ut in Herodoto pro γυναικός scribatur μητρός. Quod in aliquibus codicibus factum dicendum est, aut memoria lapsus est Eustathius, qui in notis ad Perieg. v. 270, 620, Herodotum citat, quasi matrem Asiam Promethei dixerit, non uxorem. Prometheus more praenestino prima syllaba mulcatus est dictusque est Metius. Fasia digammate instruitur, quamvis ea vox ne affletur quidem a Graecis, nisi fortasse Aeolis, quod non constat. Scimus in Latio quosdam praeter morem afflasse ut holum pro olo dicerent, et afflatum aliquando mutatum videmus in digamma, itaque legimus Felena, Fercles pro Helena, Hercle, Fircum Fedum pro hirco hedo, idque a Sabinis, teste Varrone, de L.L. l. IV. Acila pro Ancilla scribitur, nec satis constat, utrum sublata littera *n*, vel altera *c*, atque adeo quo postea modo scribi iussit Accius aggulus pro angulo, sic veteres scripserint acula pro accula, acila pro acciḷa: nam et Ancus Marcius legitur et Acca Larentia. Ad speculi dextram inscriptio continenti versu addita est, nomina referens mulieris et viri: in mulieris vero peculio fuisse eamque inscribendam iussisse, satis probat nomen feminae primo loco positum. Fuit fortasse haec Caesia Lucilia Iunii Setii uxor. Quae vero in urbe per *a* et *e* scribitur Caesia, ea, ut in Faliscis, Cesula, Ceso, in Praenestinis addito *i* Ceisia.

Digitized by Google

Nec aliter Marsi fecisse videntur, qui pro Quaestores in titulo Supinate scribunt Queistores. In Latio gentilicia quaedam nomina etiam praenominum loco fuisse alibi dudum docui, cuius moris exempla alia deinde accesserunt. Ex his quaedam ita frequentari coepta sunt ut in numerum praenominum habeantur. Ceisia tamen forma gentilicia videtur esse pronominis loco quasi Caesula. Huic feminae appellativum Fatae datur itemque marito, qui Atos audit; ambobus vero vox imminuta Ret addita est, qua Retos se esse, hoc est Rhetia oriundos affirmant. Quaeres in *Fata*, *Atos* quae lateat significatio? Et fortasse erit aliquis qui ob similitudinem vocis eos putet ita appellari, quod fatidici essent, vaticinationem facerent. Veri etiam speciem facit in Latio vox fatuus, fatua, quo nomine fatidici vocabantur, qui et vates dicti sunt: cuius vocis radicem in fando quaerendam indicat Varro. Sed huic opinioni asserendae id obstat quod in voce fatum, fata, fatuus, ut in fari, littera F sit radicalis, quam huius naturae non esse in voce Fata luculente demonstrat motio masculina Atos, quae ea, utpote adventitia, caret. Illa igitur opinione reiecta relinquitur comparatio huius vocis cum Graecorum thessalorum *ἄττα*, ea reverentiae significatione, qua etiam in Latio et in Sabinis usurpatam olim novimus, *τὸ ἄττα γλώττης φάσι Θετταλῶν οἱ παλαιοὶ προσφώνημα ὃν ἔκ τινος νεωτέρου ὡς πρὸς τροφέα* (Eustath. ad Iliad. I, 603); a iunioribus nempe ad senes honorandos adhibebatur, quasi patres et avos compellantibus (Fest.). Eadem ratione sacerdotes *πρεσβύτεροι* olim appellati sunt. Itaque arbitror hoc nomine significari sacerdotem marem et feminam, genere per paronymiam moto. Confero *atahus* appellativum nomen apud Volscos hoc certe sensu usurpatum: agitur enim in ea lamina de sacrificiis (*esaristrom*). Nascitur autem nomen femininum non a masculino, verum a se, eodem pacto ac sacerdos non gignit sacerdam.

540. — Praeneste repertum.

TASEOS ⅄VƧORCOS PIIONIICOS TASEI o FIL

801

Vir thasius gladio exerto irruens in Lycurgum, qui crinibus horrens ad aram confugiens ut thasium deterreat filium eius Philonicum opem patris implorantem minatur se confecturum.

Dedit Ephemeris Instit. boruss. 1866, p. 14, inde Annal. eiusd. 1869, tav. VII, 2, p. 197. Ego delineatum habui a possessore. Enarrator Ephem. epigr. berol. p. 15 eo errore, quem supra notavi, putans *o* minimi moduli esse punctum, circelli forma, legit Pilonicos Tasei. filios. Sed legendum Pilonicos Taseio(s) filios, graece *Θασήϊος υἱος*. Thasus insula est vino nobilis thracio littori obiecta,

Digitized by Google

cuius eponymus Thasius, Θάσιος. Lycurgus erit rex ille Thraciae notissimus, qui Bacchi orgia evertit: is igitur tradebatur et in insulam Thasum vites excisurus et orgia deleturus advenisse: ibique Thasios, a se persequendo, caedem pueri Philonici minitatus, exterruisse. Nota litteram *q* loco *c* adhibitam ante *o* in Lucorcos, ut in Maquolna, nisi quod ibi omittitur *u*, ut in Proqilia.

541. — Speculi praenestini manubrio insculptum.

SER Delineatum dedi in Diss. dei Can. Ritschel. tav. n. 7. Nota formam singularem littera *r*. Ser nominis proprii primam syllabam puto explendam pro lubitu -Servilia, Sergia, Sertoria, aliterve.

542. — Gemma in qua Achilles ocream induit.

ACIVER Habeas pro nomine latino, ut alibi dixi. Contra Fabrettus in Lexico p. 54 etruscum nomen esse affirmat, cui adstipulatur Conestabilis. Atqui Etrusci, cum Achillem scribunt, S finale constanter omittunt: nec enim quaestio est utrum scribant Acile, Acele, Acle, in quo erravit Conestabilis, putans me ea de causa latinum dixisse, quod *i* pro *e* legeretur in Aciles. Accedit huic alia etiam ratio satis certa: litteram A, media linea ad basem oblique demissa, certum est non esse Etruscorum propriam, nec ad Etruscorum litteraturam unquam pertinuisse: S vero retrogradum, quod Falisci semper, Latini identidem scribunt.

543. — In gemma ubi duo sacrorum ministri ferunt ancilia tria vecte suspensa.

APPIVS
AVCE Dedit Fabrettus in Lexico p. 76 et tab. n. 111. Appius, ut Vibis, de quo supra, etiam praenominis loco habetur. Alce, vel nomen mulieris est casu dativo, vel legendum Alces, nempe Alcius, Alceus.

Laminae.

544. — Lamina aerea musei vindobonensis habens parte postica caput arietinum.

ATILIIIS
SARANIIS·C·M·F In Atiliorum gente saeculi sexti noti sunt Caius Atilius Saranus consul a. 538. Marcus Atilius Saranus monetae praepositus circa a. 560-580. Item Marcus Atilius Saranus praetor a. 602.

Digitized by Google

545. (=188, II, F. — Lamina aerea in museo berolinensi.

IVIO·M·F·C·AN
TORIS·PRO·PO
TI·DIOVE·DEDI

Olim a me descriptam edidi supplevique in Actis Acad. Hercul. 1851 p. 8, praetoris pro pop. nempe pro poplod vicesma parti diove dedront. Mommsenio placuit supplere v. 2 pro potestati: quo deinde repudiato, amplexus est pro poplod diti diove dedront. Nota praetoris nom. plur.

546. (=205, II, o). — Lamina aerea in museo Neapolitano

IVNONEI
LOVCINA

Nil magis varium: nam quod hic dativus casus est Iunonei Loucina, in alia lamina scribitur Iunone Loucinai, item in alia Iunone Loucina.

547. (=207ᵃ, Suppl. II). — Lamina aerea olim apud Io. Bapt. De Rossi coactorem argentarium. V. tab. I, n. 1, 2.

a

IVNONE·LOVCINAI
DIOVIS·CASTVD·FACITVD

b

IT·T
VIT·
NA
ION
VER
QVC
CAT
ACRO
3OS·F
IDIV
3D·DI

In Secchii schedis accurate delineatam inveni, hodie dimidia pars extat in museo bononiensi altera dimidia aut latet aut periit. Dimidiam bononiensem edidit Fabrettus in Lexico, unde hausit Ritschelius et commentario instruxit. Supplementa Fabretti fuere: Iunone Loucinai-arnud castud facitud. Ritschelius restituit sic: Iunone Loucinai-... castud facitud, hoc est, casto facto. Tertius operi accessit Mommsenius, atque, ut solet, aliorum supplementis repudiatis novum hoc dedit: Iunone Loucinai-die nefastud facitud. Sed operae pretium est rationes eius in medium afferre. Tenet itaque in add. et corr. ad Inscr. latin. antiquiss. p. 561 castud facitud ne potuisse quidem ita scribi: « offendit enim, hac aetate tituli, facitus pro factus ». Sibi vero multo magis displicere castum, idest « ieiunium translatum ad sacra deae, si qua alia est, plane romana, quem, ait, non novimus nisi in sacris Romanorum graecis, ut sunt Isiaca, Cererisque ». Haec Mommsenius, oblitus scilicet Magnam Matrem, cuius gratia Romani, ut Tertulliani verbis utar, exceptione certorum eduliorum se purificabant. His tribus quarta accedit a Romanis ieiunii religione culta, Iuno Lucina. Quae quia aliae ferebantur Iunones, eaeque Lucinae, ferme ut apud Graecos Ilithyae, dicitur esse Lucina Iovis, illa nempe, quam obstetricasse Iovi aiebant parturienti, quo tempore Minerva e cerebro eius armata prosiluit,

Digitized by Google

cuius fabulae historiam effictam vidi in speculo etrusco Praeneste effosso, in quo mulier fasciis caput Iovis constringens effingitur. Parte laminae aversa *b* inscriptio quae fuit, aere dissecto, ita periit, ut ne ipsae quidem voces, quarum reliquiae superant, restitui tuto possint, adeo ut nimiae fiduciae arguendus sit Ritschelius, qui v. 8 supplet sACROm. Forma litterarum ea cum sit, quam quae antiquissima, hoc monumento usus sum prae ceteris in origine latini alphabeti enarranda.

548. (=811).

CERERES CA

Supplebis, ait Ritschelius, Enarr. tab. p. 90, aut cum Mommsenio Canistrom sive Canom vel Canistellom malueris, aut Calatos aut Catino vel Catillo, aut fortasse Calix, Caliculos interpretabere ad similitudinem poculorum tab. X, XI compositorum. Novum deinde supplementum est amplexus Mommsenius putans necessario hic duas Cereres nominari, Cereres castae. Aliter ego. Namque cum menti obversetur antiquus mos de quo Varro in l. VII de L.L., 84, testatur in aliquot sacris ac sacellis scriptum haberi « ne quid scorteum adhibeatur ideo ne morticinum quid adsit », et in porta Anagniae scriptum olim fuerit, Sume samentum, et simile quid moneat, omnium sententia, lamina volsca, arbitror potius in lamina olim scriptum, Cereres castus, nempe Cereris, ut Salutes, Erones, pro Salutis, Eronis.

549. (=206, XCII, B). — Tibure olim inventa, nunc in museo parisiensi.

C·PLACENTIOS·HER·F
MARTE·SACROM

C·PLACENTIVS·HER·F
MARTE·DONV DEDE

Haec lamina singulare praebet exemplum duplicis orthographiae, non promiscue, at separatim adhibitae. Auctor Placentius, quo primum tempore a declinatione in *os*, *om* transitum est ad declinationem in *us*, *u* vel *um*, dativos tertiae declinationis docet adhuc *e* servasse pro *i*, et *t* tertiae verborum personae omissum: ne quis ea de causa maiorem antiquitatem prodere putet.

550. — Beneventi apud virum nobilem Vincentium Colle de Vita.

• FORTVNAI •
POBLICAI
• SACRA •

Delineatam edidi in Diss. archeol. vol. I, tav. IX, 2, p. 97. Cum Beneventum colonia deducta sit anno urb. 486, constat saeculo extremo quinto hunc titulum antiquiorem non esse. Sacra, plurali numero puto, formula vetustior, quam sacrom, sacrum.

Digitized by Google

551. (=209, II, 1). — In museo Kircheriano.

T
ID
AT
↓
VAD
VEↄIT
COD
ↄEIBER

Fragmentum laminae quadratae, cuius laeva pars amissa legem aliquam ad sacra fortasse pertinentem videtur praetulisse. Litteram ↓ v. 4 numeri loco habenda non est, hac enim aetate duas habuit inferne lineas ad angulum flexas, vel lunulam, ↓, ⊥: erit igitur nota qua libertus significatur, idque etiam confirmat spatium vacuum praecedens.

552. (=193, VI B). — Lamina musei Gothani utrinque scripta.

MINID·M·OC
EPIOM·FVↄ
/ↄATVD
T PONT

III
VIT
\S
VOM

Videtur v. 3 posse suppleri conlatud nempe airid: cetera incerta.

553. — Lamina aerea rotunda utrinque scripta Romam ex agro allata.

VPEIM
ↄAIVAN·M
ↄVAD·MA

: SPEKI
RAM : KO
ΞIKOM : S\
VAS : OPΞ
OM P

Litterae in titulo primo loco posito graciliores sunt et gyrus apparet malleo percussus, qui et aliquam litteram fortasse obliteravit, in laminae medio punctum factum apparet ad excipiendum pedem circini, qui circulum laminae secandae signavit. Laminam rotundam eo pacto excisam olim inventam in regione pedana prope Gallicanum vidi et charta expressi. Graecae erat epigraphae fragmentum, quod edidi in op. I Piombi antichi a. 1847. Vpeim fortasse pro Opeimio: Upis osce eadem quae Opis. - laeva p m videtur esse male insculptum pro laevad m.. confer CVDIDO pro CVPIDO eadem *p* et *d* permutatione. - Luad ma. casus sextus est, continetque nomen Luae Matris sic enim appellabatur. Altera ex parte litterae sunt crassiores, angulosae, verba punctis identidem interstincta, non integra, et pro lubitu supplenda. · speci | ram · co | v)eicom, su | vas · ope | om p.

Digitized by Google

554. (=191, II, c). — Lamina plumbea musei Medicei Florentiae.

PV·SPECIOS
MENERVAI
DONOM
PORT

Nota praenomen Plautios cuius alterum exemplum praebet titulus praenestinus. Singulare est donom portat, quod iuvat conferre cum IIIIRT inscriptionis marruvinae.

555. (=1491, II, B). — Patera aerea in museo Berolinensi.

Λ·SEPTVNVLENA·PETR·MAISIO·DONO·

Λ pro A est, Aula nempe, feminae praenomen: eo utebantur hac aetate nobili genere natae et libertae. Septunolena ex Septunula idque ex Septuna, etrusco more, in na desinente nomine gentilicio, ut Caecina, Spurina, Detrona, Salvena. Petr vel praenominis loco est, legique debet Petronio, vel praenomen Petro. Maisio, Mesium dictum rustice, scribit Varro, de L.L. VII, 96: Rustici pappum Mesium, non Maesium. Pappum praenomen Maesii esse, non nomen appellativum, scribendumque adeo Pappum non pappum, ut Varronis editores ante Mullerum scripsere: idque etiam suadet inscriptus graphio titulus in patella rubra: ΠΑΠΡΞ ΒΛΛΙΣΙΟΞ, et Πάππος Αἰμύλιος apud Appianum, De reb. gall. I, 2. - Dono: conferre suadeo titulum Spoletinum MINERVAE·DO frustra sollicitatum hactenus a doctis.

556. (=1345, IV, c). — Lamina aerea rotunda olim addita fundo vasis aerei miri artificii, quod ex Orvietano agro in museum Kircherianum illatum est.

CN AFREIVS MAGISTER DONVM DAT TANIAE DETRONE VEVF

Delineavi ipse, et Ritschelio misi: puncta interstinguentia non recte addidit Ritschelius. - Taniae praenominis loco est, Detrona gentilicium, etrusca origine: Pater Taniae Velius Detrona nuncupatus est.

557. — Faleriis in municipio reperta lamina utrinque scripta.

GONVEGIVM·QVOD·EST·ACIPTVM AETATEI AGED
OPIPARVM·AI VEITAM QVOVVNDAM FESTOSQVE DIES
QVEI SOVEIS·A VTIEIS·OPIDQVE·VOVGANI
GONDECORANT SAI VME COMVIVIA VOIDOSQVE
OVQVEI·HVC·DEDERV' NPERATO·RIBVS·SVMMEIS
VTEI·SESED·VVBENT NEIOVENT OPTANTIS

Digitized by Google

Huius laminae partem posticam dedi in Actis Societ. Antiquar. Londin. et habes inferius: hanc antiquioris aetatis hic primum edo. Constat versibus saturniis sex qui ex longo carmine superant, lamina transversim secta, ut breviorem titulum a tergo reciperet. Sed hi versus pene integri ad nos pervenerunt, paucis tantum litteris amissis, quae facile, puto, possunt suppleri. Laminam ipsam accepi, ut inventa est, fractam, et fragmenta composui. In litteratura et orthographia saeculum sextum sine dubio agnosces, *d* paragogico sermonis vetustioris excepto, quod tamen auctor carminis revocavit non metri causa, sed ex ingenio. Singulare est etiam litterae *g* usus loco alieno: scribit enim Gonlegium, Volgani, Gondecorant. De quolundam non eadem est ratio, eius enim scripturae vestigium in Urbe praebet lamina de bacanalibus in voce oquoltod pro occulto. De littera *i* retenta pro *e* in participio Aciptum veterem consuetudinem agnosce, qua dicebant consiptum, dissiptum, distisum, pertisum, Fest. s. vv. Macrob. Saturn. III, 6. N omissae interdum ante dentales *t*, *d*, ut in agedae, extant exempla, quae collegit Ritschelius (Enarr. tab. p. 46), ex titulo Sorano, lubetes, ex stela pisaurensi, dedrot, ex columna atestina, Veicetinos, quanquam id postea in Suppl. Enarr. tab. p. 105 repudiavit, obsequens Mommsenio. His adde cupat, pro cubant, in tegulis faliscis, Cetur pro Centur, in lamina Antinate, et saeculo etiam septimo facieda pro facienda in lapide Narbonense, Sequda pro Secunda in tegula Cetonae reperta, quod est oppidum in agro Clusino. In Ququei v. 5 omissa syllaba est errore fabrili, itemque in inperato·ribus punctum interiectum. Sententia carminis haec esse videtur. Collegium illud, cuius prae foribus lamina affixa est, esse constitutum agitandi aevi causa, opiparum ad vitam et dies festos colendos, idque omni urbanitate atque hilaritate et ludorum et conviviorum, luminibus atque artificio flammarum. Imperatores etiam summos se digne accepisse atque omnem operam dedisse optantes, ut hi libenter adessent et bene se iuvarent. Haec insunt carmini, reliqua periere. Versum secundum et tertium paulum ab initio scalpro pene obliteratum esse moneo, sculptoris opera fortasse, qui ut titulum aversum scriberet ferreum scalprum voluit acuere. Socii Romanorum tunc erant Falisci, quibus licebat milites iubere, iis imperatores praeficere, bellumque suis auspiciis gerere, auxiliaque imperata populo romano mittere iisque adesse si quod bellum ingrueret. Qui summi erant sociorum duces a Latinis praetores nuncupati, eos Falisci quamquam a Praetoribus, ut Latinorum urbes, regebantur, Imperatores appellant, more, puto, ab Oscis translato, quoque et Romani utebantur.

Versus quos saturnios esse dixi, supplebis scandesque sic per anacrusin:

Gonlégiúm quod ést acíptum aetáti agéd(ae)
Opíparum á(d) veitám quolúndam féstosqué dies

Digitized by Google

Quei soúeis a(st)útieís opídque Vólgáni
Gondécorant saí(pís)ume cómvivía loidósque
Qu(ei)queí húc dedéru(nt í)nperatóribus súmmeis
Ulteí seséd lubént(e béne) iovént optántis.

Pleno commentario cum haec epigraphe esset condecoranda, neque huius loci sit fusius disserere, aliquem auguror futurum doctum virum qui meas vices praestabit, dum constet, quam multa de statu Faliscorum deque eorum litteris hoc reperto monumento lucremur.

558. — Pars postica laminae faliscae Faleriis repertae.

IOVEI · IVNONEI · MINERVAI
FALESCE · QVEI · IN SARDINIA · SVNT
DONVM · DEDERVNT MAGISTREIS
L·LATRIVS·K·F ·C· SALI VA·VOLTAI·F
COIRAVERONT

Delineatam edidi et interpretatus sum in Diss. dei Can. epigr. di Fed. Ritschl tav. n. 1, p. 33 seqq. Falesce sunt Falisci quo se nomine appellant Faleriorum cives in planitiem ab antiqua sede montana deducti a Romanis circa annum u. c. 516. Templum Iunonis Quiritis Faliscorum pristino loco in oppido Falisco mansit propter religionem, coloniaque a Romanis in eum locum deinceps deducta nomen sibi coloniae Iunoniae Faliscorum fecit. Qui modo in Sardinia Falisci traduntur, hactenus ignoti erant. Qui si negotiorum causa in ea insula morabantur non recte se in Sardinia esse dicerent, sed ut Italici illi qui negotiabantur Argeis, magis dicere debebant qui in Sardinia negotiantur. Neque vero licet opinari, quod Mommsenius proposuit, eos peregrinantes in ea regione tunc temporis fuisse, quo diis patriis donum miserunt. Quae enim ratio commoda reddi potest cur non potius, ut peregrinantes solent, reduces in patriam diis obtulerint dona, quam miserint ex longinqua regione ipsi propediem reversuri? His igitur reiectis opinionibus causam idoneam non habentibus manet illa sententia quam ut vero simillimam posui. Eadem scilicet aetate qua Romani Faliscos subactos in planitiem coëgerunt descendere ibique novam sibi sedem condere, cum Sardiniam insulam occuparent, visum, eorum iuventutis partem in Sardiniam deducere, ut ne domi rebellarent, et foris essent praesidio. Falesce, uti et, coiraveront, vetustioris orthographiae vestigia sunt; erat enim hac aetate scribendum Falisceis uti hac eadem lamina scribitur magistreis, et coiraverunt, quemadmodum dederunt, sunt, et in anteriore laminae facie dederunt. Nota magistrorum templi nomina: L. Latrius Kaesonis

Digitized by Google

filius, C. Salvena Voltai filius, quorum alterum more Latinorum, alterum etrusca forma declinatur. Volta praenomen patris C. Salvenae pro Voltio est, quod saepius occurrit in titulis faliscis.

559. — Lamina aenea Faleriis in municipio reperta, nunc in museum Kircherianum per me illata.



Duabus dimidiis partibus constat haec lamina, quarum prima decem totis annis ante alteram reperta est, atque anno 1860 edita a me est in Annal. Instit. boruss. quanquam sex fere mensibus antea furtim ab Henzeno cui edendam commiseram, fide prodita, ad Mommsenium missa est, qui publicavit. Integram epigraphen, parte nempe altera dimidia inventa, edidi in dissertatione quam in anglicam linguam versam habes in Actis Socii antiq. Londinens. Iterum vero de ea disserui in Academia Pontificia (Diss. sui Can. epigr. di Fed. Ritschl) et in tabula delineatam dedi. Fabrettus (Primo Supplemento alla racc. delle iscr etr. 1872 p. 113) non ex mea editione quae sibi notissima esse debuit, protulit, sed ex novo ectypo, quem conficiendum sibi curaverat ope praefecti musei Kircheriani, ipso monumento, ut puto, inspecto. At hic novus ectypus chartaceus, quem praebuit Fabrettus, gravissimo errori causam dedit; omissum enim est praenominis Cotenae elementum, cuius inferior pars extat in lamina luculentissima. Itaque pro ꓤ edidit ꓤ, et interpretatus est Aulus.

In Faliscorum litteratura haec esse notanda olim dixi. Litteris hi utuntur partim suis partim latinis et etruscis. Faliscorum sunt ꓤ, *a*, quam constanter distinguunt a littera Я, *r*, cuius linea curva mediam verticalem non tangit. Cum vero retrograda scriptura ad Etruscorum morem utantur, tamen litteram S constanter servant ad dextram versam. Litteram ↑ loco F Latinorum soli adhibent. Ab Etruscis sumunt Ш, *m*, pro M Latinorum, quo carent, I, *z*, pro S, licet raro, et, ut videtur, sine iusta causa, mutuantur. Formam litterae ✝, *t*, Etruscorum more effingunt: ab his etiam duplex punctum imitantur aliquando, quod maioris antiquitatis signum cave ne cum Detfelseno, quem refutavi in Diss. arch. I, 70, 71, putes: iidem Italicorum ꓤ pro E usurpant promiscue. Orthographia huius tituli ad eam, qua sexto saeculo Latini usi sunt, pertinet: cuius in censum venit etiam litterae ꓤ media forma. Litteris latinis *q*, *g*, *b* carent: pro quibus *c* et *p* adhibent: Grae-

Digitized by Google

corum *k*, non utuntur: diphthongo *ae*, etiam in vocabulorum radice, abstinent, ut rustici latini, scribuntque Pretor, Ceso, Cesula. Vocales duplicant longas, *o* non excepto, de qua orthographia v. prolegomena. Sententia tituli haec est. Lars Cotena, Lartis filius, praetor, votum, quod conceperat, dedit, ex senatus sententia, qui iudicavit non vitio conceptum, sed recte ea de causa datum. Vide dicta in Diss. edita a me Romae sui Canoni epigrafici di Federico Ritschl.

560. (= 187, II B). — Prope Lugnanum reperta, nunc in museo Monacensi.

M · MINDIOS · V · FI
P · CONDETIOS · VA · FI
AIDIVES·VICESMA·PARTI
APOVONES · DEDERI

In pede candelabri ferentinensis M. Mindius nominatur, nec alibi gens Mindia occurrit. P. Condetios pro Condentios dici sunt qui autumant, conferuntque Placentium, Laurentium, Terentium, Iuventium aetate liberae reipublicae; potest enim a condente originem ducere, ut nomina praedicta a Placente, Laurente, Terente, Iuvente orta esse dicuntur. Huius Condetii pater praenominatus est Va, quem dubites Valerium ne an Varium dicas. Vox filius sic imminuta, FI, in primo et secundo versu, praesertim cum tertius et quartus versus aeque in I desinant, suspicionem movent sint ne potius signa, quam litterae, quibus artifex pro ingenio suo voluit uti in fine versuum. De vicesima parte Apollinis aliud exemplum non suppetit, nec magis cur aediles eam dederint, quibusve de bonis.

561. (= 181, Suppl. I, p. 91 A). — Firmi reperta in monte Geronio.

V TERENTIO · V · F
C·APRVFENIO·C·F
V·TVRPIVIO·C·F
M·AVBANI·V·F
T·MVNATIO·T·F
QVAISTORES
AIRE·MOLTATICOD
DEDERONT

Laminam tradunt repertam cum vasibus testaceis XVII, in quibus erant argentei nummi pondo librarum trium, semis. Quae si vera sunt, nummi argentei certe ad aes multaticum non magis pertinent, quam testae ipsae in quibus reperti dicuntur. Firmum colonia a Romanis deducta est a. 490 quatuor annis post quam argentum Romae feriri coeptum est. Quinqueviri quaestores extra ordinem creati videntur.

562. — Antini Marsorum apud Ferrantios, lamina.

PA·VI·PACVIES·MEDIS
VESVNE·DVNOM·DED
CA·CVMNIOS·CETVR

Vidi et stanno expressam edidi in Ephem. neap. 1852, p. 10 seq. Formula ipsa latina est et dialectus ad

Digitized by Google

latinam linguam proxime accedit. Sic vero latine legendam puto: Paccius, Vibii filius, Pacuvius, Meddix, Vesunae donum dedit. Cavius Cominius Centurio. In tertio versu Cetur interpretatus sum collato titulo vici supinatis, in quo vici quaestores nominantur, sublato omnino verbo curavit, quod in similibus titulis addi solet. Nomen magistratus, hic est centurio. In vico supinate vero eo munere funguntur quaestores, Albae, Faleriis, alibique magistri vocantur. Centur casu recto pro Centurio olim dictum ex analogia sumo, collato nomine Decur, quod pro Decurio olim usurpatum tradit Festus. Dunom pro Donom redit in lapide navelliano.

Lapides.

563. — Locus in Aequicolis ubi inventus est lapis hodie dicitur Tor di Taglia.

ΠΟ·CΛ·ΠΟΜΠΟSIIES·ΜΕDD
ISS · TΛVII · STΛTE · ΜΛ · DD

Dedit Caietanus Riccius qui descripsit. Tituli formula latina est, at dialecto latina Aequicolorum scribitur, quae ad latinam Antinatium accedit. Lege: Poblius, Cavii filius, Pomposius, Meddix Talii, Statae Matri donum dedit. In Aequicolis praeter Cliterniam et quam Virgilius memoravit Nersem, confirmavitque lapis oscus, innotuit municipium Aequicum ex lapide aetatis imperatoriae, quem vulgavi in monum. aequicol. « Il Cicolano ». Accedat nunc oportet Talium, in qua urbe meddix, Oscorum lingua, magistratus summi locum tenet. Mater Stata seu Vesta, religiose ab Aequicolis culta est. Poblium praenomen sic aliquando imminuunt veteres ut integram syllabam PO pro littera singulari P scribant: cuius moris exempla alibi collegi. Pomposiies duplicat *i* de qua orthographia egi in prolegomenis. Ea usi sunt Osci campani, cuius exemplum luculentum dat inscriptio graphio notata in vase, quam delineavi mihi Neapoli; edidit vero Minervinius:



Scilicet, Lucii . Cnaevii . Sum. - Talii genitivus est ex nominativo in *ium* ortus: Ritschelius post magnam, quam ipse vocat Bentleii virtutem, pronuntiat, de declin. recond. p. 17, « substantivorum in *ius* et *ium* desinentium genetivum antiquior lingua nunquam finivit geminata *ii*, sed una simplici *i* vocali ». Addere etiam oportet ex tabula puteolana OSTIEI ubi secunda vocalis *i* resoluta apparet in *ei* ad longae modum.

Digitized by Google

564. (= 190, L, D. — Florentiae in museo Mediceo basis.

MISIO MAR//

M TEREBONIO·C·V
DONVM·DAT·VIBEN
MERITOD

Primam litteram posse legi *a* cum antecedentis litterae vestigio testatur Mommsenius, qui dei nomen putavit, fatetur tamen se explere non potuisse. Idem MAR supplet Marti. Erant igitur eius sententia duorum numinum icunculae basi parvae impositae, quorum nomina memorat lapis. Mea opinio est nomen Maisio eo loci fuisse scriptum, quo nomine potuit Iuppiter nominari, ab Oscis, qui Maius in basi Tusculana appellatus est a Latinis,

IOVI
MAIO
SACRVM
P·MVCIVS·PATER

Maesium vero mensem, Latini Maium appellarunt, a maioribus, ut scribit Varro (De L.L. VI, 33), quemadmodum a iunioribus Iunium. Inscriptio supplenda videtur Diovei Maisio Marti. Nota Terebonio pro Trebonius aevi recentioris, cum quo simul in *um*, coniuncta terminatio monet basim saeculi esse facile sexti incipientis, praesertim cum diutius *d* sexto casui, adeoque adverbiis de eo natis, addere non consuerit antiquitas.

565. — Nazani, qui pagus est in Sabinis.

P MENATES·P·F
AID PL
// // XXX

Exscripsit Ab. di Costanzo, citavi ego in Ephem. Instit. 1860 p. 97 memoria lapsus, TR pro AID. Menates pro Minatius adhibitum dixit Ritschelius, de declin. recondita p. 17, exempla huius mutationis hac aetate praesertim perrarae vere similia, iudice Mommsenio, afferens nulla. Is vero putat *Menates* esse pro *Menatis*, casu primo contractionem nondum admittente ad saeculum usque sextum septimumve: Menas vero sive Menatis gentilicium nomen idem ac Maenas ut Sufenas, Maecenas, Fulginas, etc.: perperam vero, Menas confundi cum cognomine graeco contracto Μηνᾶς, Latinis Mena, non Menas. Haec ille. Quae si ita sunt, Menas adnumerandum erit exemplis supra allatis e Faliscorum orthographia, *Pretor*, *Cesula*, *Ceso*. Maenas certe legimus in titulo venafrano. Vide meum opus, Venafro illustrata, p. 92.

C·MAENATI·C·L·EROTI
C·MAENATI·C·L·BALBO
ET·SORORIBVS·EORVM

Digitized by Google

566. — Romae in vinea Grande ad circum Maxentii cippus ex lapide albano.

AID·CVR·VE
ITE RNS·VC
AVIT · EISDE
M·AID·PL·PROB

Descripsi. Lapis integer esse videtur nec amissae litterae esse ullae praeter dimidium *b* versu ultimo. Ceterum in Bull. Instit. 1869 p. 268 sic repraesentatur ut putes latere dextro litteram amissam vel imminutam: male v. 2 nullum intervallum dividit ITE ab RNS. Henzenius nomen initio amissum ait, reliqua supplet sic: Aid. cur. Veliternis locavit eisdem aid. pl. probavit. Nescit vero quid hic faciunt Veliterni, cum nec probabile videatur municipium Veliternum opus suscepisse, nec mancipes Veliternos sic potuisse nominari. An rem sic expedies: nomen in VE ITE (= Vebius Iteus, h. e. Itius), in rns nomen aut quid aliud incompertum putans latere. Quod vero dignitas nomen ipsum magistratus antecedit, id non magis obstat, quam in inscriptione praenestina n. 586 Magisteres coraveront C. Anicio L. St... quamvis antiquitas soleat passim praeponere nomina propria.

567. — Via ortiensi milliaris XII in vinea Malafede, columna.

V / VII
C·CINCI C
AIDILE PVS
PLEIB IPROBAVERO

Descripsi, iterum charta expressi, tertio ectypum gypseum abstuli, ipsum lapidem diligenter delineavi edidique in Diss. dei Can. Ritschel. tab. n. 5, p. 40 segg. post Henzenium, Bull. Inst. 1869, p. 267. Lectio Henzenii fuit:

V / VII
C·CINCIC
AIDILE PII
PLEIB·PROPAVLQ

Olim Loibes, Loiber, Lober, Leber, dein Leiber, Liber scriptum. In aliis vocibus ubi *oi* oritur ex *ou* non transit in *ei* sed in *u:* e. c. Plouruma, Ploiruma, plurima, Fourius, Foirius, Furius.

856. (= 175, XLIV, L). — Ibidem.

DEI · MARICA — Lege: Deivai Maricai.

857. (= 176, XLIV, O). — Ibidem.

MAT · MATVT — Lege: Matrei Matutai.

858. (= 177, XLIII, A). — Ibidem:

MATRE
MATVTA,
DONO·DIIDRO
MATRONA
N · CVRIA ·
POLA · LIVIA
DEDA

Matrei Matutai donom dedront Matronai. Mania Curia, Pola Livia dedant. Scilicet Matronae obtulerunt; quibus accessere Mania Curia et Paula Livia. Nota, dedant, pro simplici dant.

859. (= 178, XLIV, K). — Ibidem.

DEIV · NOVE · SEDE
T · POPAIO · POP · F

Deivei novemsedes, ait Momms. praeter grammaticos a quibus venit carmen

Digitized by Google

quoque Livii VIII, 9, nusquam commemorantur. Hic igitur oblitus est tituli Marruvini in quo redit divorum novesedium memoria: Aisos novesede pesco pacre.

860. (=179, XLIV, N). — Ibidem.

SALVTE — Formam quadratam litterae L apparere primum initio saeculi septimi olim docuit Mommsenius: deinde mutata sententia, ad medium affirmavit attingere saeculum sextum. Modo ad hanc epigraphen ait L quadratum non impedire absolute quominus titulos hos quinto saeculo tribuamus.

861. (=180, XLIII, E). — Ibidem.

NOMEVIA
DEDE — Extremae tres litterae, *lia*, periere: supplentur ex schedis oliverianis, quae servarunt.

862. (=1427, XLIV, F). — Pisauri.

M · PVETVRI · PE·SN — Incertae lectionis tres extremas litteras esse monet Mommsenius, qui et punctum omittit, eo quod ab artifice insculptum sit sine causa.

Titulis aetatis certae.

863. (=29, XXXVII, A). — In sepulcro Scipionum tectorium rubrica pictum, nunc in Mus. Vat.

CORNELIO · CN · F · SCIPIO — cos. a. u. 495, ces. a. 496.

Contuli quod superest. Servant Schedae Agincourtianae in Bibl. Vaticana, item edidit Piranesius sive hic ab Agincourtio accepit, sive ipse descripsit. Enn. Quir. Viscontius dat initio imminutam sic: O · CN · F · SCIPIO: hunc sequitur Mommsenius. At fides habenda est Agincourtio qui formam litterarum qualis esse solet in vetustissimis praesertim V acuti supplere ex ingenio non potuit, quam ne novit quidem: praeterea in sarcophago inscriptio, quae est, L habet pene quadratum. Adde absentiam praenominis, quod cur non suppleverit Agincourtius ex carmine sculpto in sarcophago, nulla causa est. Denique cur repraesentasset initio C dimidiatum qui veterem inscriptionem simulare nec voluit nec potuit. Pro hac sententia Ritschelium etiam esse docet Enarratio tab. XXXVII.

864. (=31, XXXVIII, D). — In sepulcro Scipionum rubrica tectorium pictum, nunc in Mus. Vat.

V·CORNELIO·V·F·SCIPIO
AIDILES · COSOL · CESOR — cos. a. 495, ces. 496.

Digitized by Google

Contuli. Litterae initiales primi et secundi versus cum titulus in museum illatus est amissae, teste Pisanesio. Ceterae recenti rubrica restitutae. Ad hunc titulum retuleris carmen insequens.

865. (=32, XXXVIII, E). — E sepulcro Scipionum eruta aetate Sirmondi.

HONC OINO · PLOIRVME · COSENTIONT R post a. u. 494.
DVONORO · OPTVMO · FVISE · VIRO
LVCIOM · SCIPIONE · FILIOS BARBATI
CONSOL · CENSOR · AIDILIS · HIC · FVET · A
HEC · CEPIT · CORSICA · ALERIAQVE · VRBE
DEDET · TEMPESTATEBVS · AIDE · MERETO

Vidi in aditu Bibliothecae Barberinianae et descripsi. Pertinet ad L. Cornelium Scipionem Lucii filium Cnei nepotem consulem a. u. 494 qui de Poenis et Sardin. Corsica triumphavit an. CDXCIV V id Mart. (tabul. triumph.) cum contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnasset (Epit. Liv. 17). Hic victis ad Olbiam Poenis et in mari tempestate iactatus aedem tempestatibus vovit, cum pene est Corsis obruta classis aquis (Ovid. Fast. IV, 193). Tabula manca est latere dextro, facile tamen suppletur metro saturnio duce. Orthographia carminis est vetustissima, qualem non servant ceteri Scipionum tituli hoc metro conscripti. Auctor cur non memoravit bellum in Sardinia gestum, unde et triumphavit, nec Poenos ad Olbiam et in mari victos, argumentum nullum potest institui. Nota Luciom tam mature non per diphthongum scriptum, quo modo hac aetate et priore Loucilia, Loucina, Louceri, Loucetios scribitur. M vero sola in voce Luciom adhibitum cum accusativi ceteri careant. Versus praeeunte Ritschelio supplebis. Excipe, *romai*, quod is intulit in fine versus primi: pro quo praetuli, *romano*. Nempe non plurimi Romae, verum plurimi consentiunt hunc virum romanorum fuisse optimum, quod testimonium est aliorum quoque, non maioris Romae partis tantum. Scandes vero sic, eodem duce:

Honc oíno ploírumé coséntiónt románo
Duonóro óptumó fuíse viró viróro
Lucíom Scípióne. Fíliós Barbáti
Consól censór aidílis híc fuét apúd vos
Hec cépit Córsica Aleriáque urbé pucnándod
Dedét Témpestátebus aíde méretod vótam.

Versum tertium, sublata thesi pedis primi post anacrusin, sic scandes:

Lucióm Scípióne fíliós Barbáti.

Vide parergon de versu saturnio.

Digitized by Google

866. (= 41). — Romae olim.

a. u. 518.
P · CORN
V · F · COSO
PROBA
MAR

In gente Cornelia Lucios et Publios floruisse quidem invenimus, Vibium autem nullum. Cum vero litterae *l* acutae identidem ita lineae parili ratione producantur, ut videri possit V, et eo modo a descriptoribus, quamvis peritis, accipi potuerit, nullum negotium habemus, in reddendo praenomine Lucii patri huius Cornelii Consulis. Praesertim cum et P. Cornelius Lucii filius consul fuerit qui triumphans anno 518 causam habere potuerit cum Marti illud, quodcunque fuit, probaret sacrandum. Titulus suppletur sic: P. Cornelio L. f. Cosol probavit. Marti sacrom.

867. (pag. 556-8, Suppl. I). Ara, reperta in campo Verano, lapide gabino, nunc in Mus. Capitol.

latere sinistro
V · I · XXVI

in fronte
HERCOVEI
SACROM
M · MINVCI · C · F
DICTATOR · VOV | IT

a. 537.

latere dextro

Descripsi. Disseruerunt Ritschelius et Mommsenius: ego ad Mommsenii sententiam accedo, quae sic habet in summa. M. Minucius magister equitum fuit a. u. 537. Quod dictatorem se appellat id facere credendum est legis Metiliae causa, qua dictatoris et magistri equitum ita ius est aequatum, ut Polybius scribere potuerit duos dictatores esse creatos (III, 103): *Καὶ δὴ δύο δικτάτορες ἐγεγόνεισαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις, ὁ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει παρὰ Ῥωμαίοις.* Cf. Liv. XXII, 25. Marcus hic Minucius Luci filius consul fuit anno 533: consulares autem dictatores creati inveniuntur inde ab a. u. 433, tribus tantum exceptis vel per tumultum vel per contumeliam in Senatum a consule dictis. Miratus ego de legionibus prima et vicesima sexta a Ritschelio repertis in siglis V·I· XXVI lateri sinistro insculptis, paraveram ostendere quid hae notae olim significaverint, praevertit Henzenius. V·I· est locus primus, XXVI est numerus lapidis caesi, illius loci, ubi lapicidina fuit. Ritschelium confutavit Mommsenius, nec tamen ipse sanior, qui putavit aliquid illis siglis subesse ad dictatoris votum pertinens e. c. loricas inlatas XXVI: hac tantum de causa laudandus, quod se id lusus causa scripsisse affirmat.

868. (= 40). — Priverni. APPIOS CONSOV a. u. 542.

Ex Sirmondo, qui se Priverni legisse affirmat. Ad aliquem ex Appiis consulibus saeculi quinti qui in eo magistratu fuerunt a. u. c. 447, 458, 483, 490

Digitized by Google

lapidem pertinere necessario putat Momms. propter *os* scripturam post bellum hannibalicum obsoletam. Contra ostendi in Diss. dei Can. epigr. p. 22 ad saeculum quintum referri non posse, propter consonantis duplicationem, quam saeculo primum sexto incepisse constat. Igitur erit is consul Appius, quem a. u. 542 eum magistratum gessisse fasti testantur. Ea aetate *os*, *om* scriptura non omnino obsoleverat, teste *sacrom* in titulo a. u. 537.

869. (= 530). — Romae olim.

M·CLAVDIVS·M·F a. 540.
CONSOL
HINNAD·CEPIT

Diu disputatum de accusativo declinato in *ad*, cum docti putabant in titulo scriptum M. Claudium cepisse Hinnam sive Hennam urbem in Sicilia. Tandem patuit haec et similia nomina ablativo efferri et titulos hos praedae apponi solere significandi causa, quis, qua ex regione, oppidove praedam tulisset. Hinnad igitur status in loco, ut grammatici dicunt, casus est, cui ablativo *d* paragogicum accessit. M. Claudius Marcellus consul a. u. 540 Hennam expugnavit et praedam egit (Liv. XXIV, 39).

870. (= 531, L, A). — Romae, lapide albano, nunc in Mus. Neap.

MARTEI a. 543.
M·CLAVDIVS·M·F
CONSOL·DEDIT

Descripsi. Lapis repertus est ad portam Capenam ubi olim fuit templum Martis. Scimus vero Marcellum quae ex praeda sicula deportavit omnia sacrasse per templa deorum.

871. — Romae.

QVIRINO a. 549.
L·AIMILIVS·L·F
PRAITOR

Saeculo sexto tres Aemilii praetores numerantur, horum antiquior est L. Aemilius Papus qui eo magistratu functus est a. u. 549, Paulus in eo fuit a. u. 563, Regillus, qui potius M. f. quam L. filius fuit, a. u. 564, Ad priorem refero propter *ai* diphthongum in radice vocabulorum constanter servatam.

Digitized by Google

872. (= 532, II, κ). — Laminae aeneae pars cum parte delphinis extante in postica.

a. u. 532-46.
RIPTES · COSE · T · FA
RAIFECTVRA · TOT
FECERE · QVOM TI C
N · EIVS · FIDEM OM
COVENVMIS CO
M · CLAVDIO · M · F

Descripsi ut primum allata est Neapolim, edidit Avellinius. Supplementa a Mommsenio proposita fere haec sunt: coscriptes cosesu T. Fa ..... praif. et praifectura tota hospitium fecere cum Ti. Cl... et in eius fidem omnes covenumis cosesimusque. M. Claudio M. f. ..... cos.

Saeculum sextum M. Claudios M. f. consules habuit ab a. 532 ad 571, 588, 599. Mommsenius qui mirum apicem (punctum) impositum litterae V in voce QVOM invenisse se nobis nuntiavit, monuit etiam se abiecisse quod olim magis posuerat, quam probaverat, tesseram hanc scriptam post ius suffragii Fundanis lege valeria permissum a. 566, Liv. XXXVIII, 96. Mansit enim praefectura ad bellum italicum usque. Idem affirmat Ritschelium non recte negasse eam posse pertinere ad consulem a. 588, 599, 602. Ad primam potius quam ad secundam partem saeculi sexti attribuendam iudico propter *l* maxime acutum, qua aetate M. Claudius M. f. fuit consul quater 532, 540, 544, 546.

873. (= 533). — Halaesae in Sicilia.

a. u. 561.
ITALICEI
L · CORNELIVM SCHIZIAM
HONORIS CAVSSA

Dedit Germanus Gualterius, sic ut vides; emendavit cognomen Momms. pro Schizia Scipionem, divinans, eum Cornelium fortasse, qui praetor a. 561 Siciliam provinciam administravit. Causa pro caussa scribe, non enim est probabile ea aetate, qua adhuc consonantes plerumque non geminabantur, causam duplici *s* scriptam fuisse. Haec orthographia in voce caussa circa medium saeculum septimum coepit adhiberi.

874. (= 534, XLVIII, ε). — Tusculi.

a. u. 565.
M · FVLVIVS · M · F
SER · N · COS
AETOLIA CEPIT

Hic ille Fulvius Nobilior est, cui ut probrum Cato obiecit, quod in provinciam poëtas secum duxisset; duxerat enim Ennium in Aetoliam (Cic. Tuscul. I, 2). Hunc titulum restitutum et saeculo sexto recentiorem his praecipue de causis asserit Mommsenius. Quod COS legatur pro

Digitized by Google

consul, quod Aetolia efferatur ablativo, quod L sit quadratum. Cui respondemus L quadratum toto saeculo sexto fuisse usurpatum. Ambracia vero ablativo debuisse efferri hac aetate, locum enim indicat ex quo praeda acta est, non provinciam captam. Quod vero COS legatur id nihili est, et a S. C. de Bacchanalibus a. 568, praeterea et a sequenti titulo confutatur.

875. — Romae reperta columna.

a. u. 565.

M · FOLVIVS · M · F
SER·N·NOBILIOR
COS · AMBRACIA
CEPIT

Prodiit in Ephem. Instit. 1869, 8. Quem hic vides appellari M. Folvium is idem ille est, qui titulo superiore Fulvius nuncupatur. Serius, in uno etiam titulo, promiscue *o* et *u* in radice vocabulorum usurpatur, e. c. Poblicius et Publicius.

876. — In Hispania in loco Sierra de Ronda inter Oba et Alcalà de los Gazules.

a. u. 565.

L · AIMILIVS · L · F INPEIRATOR · DECREIVIT
VTEI · QVEI · HASTENSIVM · SERVEI
IN · TVRRI · LASCVTANA · HABITARENT
LEIBEREI · ESSENT · AGRVM · OPPIDVMQV
QVOD·EA·TEMPESTATE·POSEDISENT
ITEM · POSSIDERE · HABEREQVE
IOVSIT · DVM · POPLVS · SENATVSQVE
ROMANVS · VELLET · ACTINCASTREIS
AD · XII · K FEBR

Prodiit Parisiis in Actis Acad. Inscr. et hum. litter. enarratore Renierio (1867 p. 267-75). L. Aemilius L. f. Paulus in Hispaniam ulteriorem praetor missus eam provinciam proconsule rexit duodecim fascibus ei decretis a Senatu (Plut. in Paulo, 4). Hastensium servos qui in turri, cui nomen tum Lascutanae erat, habitabant, libertate donavit, eisque agrum oppidumque proprium esse iussit, quod decretum tamen auctoritati Senatus populique scito monet subiiciendum.

877. (= 535, XLVIII, A). — Cippus in via Aemilia ad Castrum S. Petri (Castel S. Pietro).

a. u. 567.

M · AEMILIVS · M · F · M N
LEPIDVS COS
CCL · XIIX XV

Praenomen nomenque recenti artificio refectum ait Franciscus Rocchius.

Mommsenius cippum restitutum

Digitized by Google

dicit propter has causas: quia P clausum habet, COS non integre scriptum CONSVL, Aemilius non servata *ai;* praeterea ob cognomen adscriptum. Quibus obiectis responde: P clausi exempla non pauca saeculo ipso quinto indicavi olim in Ann. Instit. et hic in Apparatu grammatico; de COS iam monui saeculo hoc sexto haberi in S. C. de Bacchanalibus: *ae* pro *ai* in radice vocabuli apparet iam in, Aecetiai, quod scriptum monumentum ab ipso Mommsenio inter antiquissima relatum est; aedem, etiam habes in S. C. de Bacchanalibus. Tandem cognomen adscribit etiam Fulvius Nobilior n. 875. Itaque nulla causa est cur cippum restitutum fuisse Mommsenio concedamus. Via Aemilia ab Arimino Placentiam duxit.

878. (-536, XLVIII, B). — Columna prope Bononiam reperta.

a. u. 567.
AEMILIVS · M · F · M · N
LEPID · COS
CCXXCVI
XXI

Prior titulus in cippo est seu tabella, hic vero in columna sculptus. Hanc ob causam Momms., aliasque puto iam relatas, in enarratione tituli restitutum esse arbitratur. Figura columnae eo minus huic aetati convenit, ait, ipse, quod miliarii popilliani a. 621 ab ea recedunt; nec probabile sit a columna reperta ad figuram minus commodam regressum Popillium fuisse. De Popillii tabula suo loco dicam. Nunc haec frustra esse demonstrat columna in ostiensi via ad XII reperta, quam circa saeculi sexti initia sculptam esse et orthographia et litteratura ipsa demonstrat. Fallitur vero qui putat Plutarchum, qui in C. Gracchо, 7, scripsisse C. Gracchum omnium primum in viis columnas milliarias posuisse.

879. (=196, XVIII). a. 568.

(Textum vide in pag. seq.).

Quae in hoc praeclaro monumento traduntur ea Livius exposuit l. XXXIV, 8-19: praeterea c. 14 Senatum censuisse edici in urbe Roma et per totam Italiam edicta mitti, ne quis qui Bacchis initiatus esset coisse aut convenisse, sacrorum causa, velit, neu quid talis rei divinae fecisse. Edicti huius exemplum, hoc est, in quo capita insunt Senatus consulti de Bacchanalibus, iis mittitur agri Teurani incolis, qui foederati erant cum populo romano. Haec capita item recitat Livius l. XXXIX, 18 (cf. aes a v. 3 ad 6) his verbis: «Senatus consulto cautum est, ne qua Bacchanalia Romae, neve in Italia essent: si quis tale sacrum sollemne et necessarium duceret, nec sine religione et piaculo se id omittere posse, apud praetorem urbanum profiteretur, praetor senatum consuleret: si ei permissum esset, cum in senatu centum non minus essent, ita id sacrum faceret». Senatus item vetuit

Digitized by Google

MARCIVS·L·F·S·POSTVMIVS·L·F·COS·SENATVM·CONSOLVERVNT·N·OCTOB·APVD AEDEM
DVELONAI·SC·ARF·M·CLAVDI·M·F·LVALERI·P·F·Q·MINVCI·C·F· DE·BACANALIBVS QVEI·FOIDERATEI
ESENT·ITA·EXDEICENDVM·CENSVERE·NEIQVIS·EORVM·SACANAL·HABVISE·VELET·SEI·QVES
ESENT·QVEI·SIBEI·DEICERENT NECESVS·ESE·BACANAL·HABERE·EEIS·VTEI·AD·PR·VRBANVM
ROMAM·VENIRENT·DEQVE EEIS·REBVS·VBEI·EORVM·VTR A·AVDITA·ESENT·VTEI·SENATVS
NOSTER·DECERNERET·DVM·NE·MINVS·SENATORBVS·C·ADESENT ^RES COSOLERETVR
BACAS·VIR·NEQVIS·ADIESE·VELET·CEIVIS·ROMANVS·NEVE NOMINVS·LATINI·NEVE·SOCIVM
QVISQVAM·NISEI·PR·VRBANVM·ADIE·SENT·ISQVE·DE·SENATVOS·SENTENTIAD·DVM·NE
MINVS·SENATORIBVS·C·ADESENT·QVOM·EA·RES·COSOLETVR·IOVSISENT CENSVERE
SACERDOS·NEQVIS VIR·ESET·MAGISTER·NEQVE VIR·NEQVE·MVLIER QVISQVAM·ESET
NEVE PECVNIAM QVISQVAM EORVM·COMOINI// ABVISE·VELET NEVE·MAGISTRATVM
NEVE·PROMAGISTRATVO·NEQVE·VIRVM IEREM QVIQVAM·FECISE·VELET
NEVE·POSTHAC·INTER·SED·COMIOVRASE NEVE·COMVOVISE·NEVE·CONSPONDISE
NEVE CONPROME·SISE VELET·NEVE·QVISQVAM FIDEM INTER·SED DEDISE·VELET·
SACRA·IN·DQVOLTOD NE QVISQVAM FECISE·VELET NEVE·IN·POPLICOD·NEVE·IN
PREIVATOD NEVE EXSTRAD·VRBEM·SACRA·QVISQVAM·FECISE·VELET· NISEI
PR·VRBANVM·ADIESET·ISQVE·DE·SENATVOS·SENTENTIAD·DVM·NE·MINVS
SENATORIBVS·C·ADESENT QVOM·EA·RES·COSOLERETVR·IOVSISENT CENSVERE
HOMINES·PLOVS·V·OINVORSEI·VIREI·ATQVE·MVLIERES·SACRA·NE QVISQVAM
FECISE·VELET·NEVE·INTER·IBEI·VIREI·PLOVS·DVOBVS·MVLIERIBVS·PLOVS·TRIBVS
ARFVISE·VELENT·NISEI·DE·PR·VRBANI·SENATVOSQVE·SENTENTIAD·VTEI·SVPRAD
SCRIPTVM EST·HAECE·VTEI·IN·COVENTIONID·EXDEICATIS·NE·MINVS·TRINVM
NOVNDINVM·SENATVOSQVE·SENTENTIAM VTEI·SCIENTES·ESETIS·EORVM
SENTENTIA·ITA·FVIT·SEI·QVES·ESENT·QVEI·ARVORSVM·EAD·FECISENT QVAM·SVPRAD
SCRIPTVM·EST·EEIS·REM CAPVTALEM·FACIENDAM·CENSVERE·ATQVE VTEI
HOCE·IN·TABOLAM·AHENAM·INCEIDER·ETIS·ITA·SENATVS·AIQVOM·CENSVIT·
VTEIQVE·EAM·FIGIER·IOVBEATIS·VREI·FACILVMED·GNOSCIER·POTISIT·ATQVE
VTEI·EA·BACANALIA·SEI·QVA·SVNT·EXSTRAD·QVAM·SEI·QVID·IBEI·SACRI·EST
ITA·VTEI·SVPRAD·SCRIPTVM EST·IN DIEBVS·X·QVIBVS·VOBEIS·TABELAI·DATAI
ERVNT·FACIATIS·VTEI·DISMOTA·SIENT IN AGRO·TEVRANO

Digitized by Google

viros sacerdotes esse, sed matronas constituit revocata consuetudine veteri. Nam Livius l. cit. c. 13: primo, ait, sacrarium id feminarum fuisse, nec quemquam virum eo admitti solitum ..... sacerdotes in vicem matronas creari solitas. Item Senatus vetuit magistros esse, sive viros, sive mulieres, aut communem pecuniam habere, Liv. l. cit. c. 18 (cf. aes v. 11, 12). Hoc loco Livius distinguere neglexit, quae de magistris, sive viris, sive mulieribus, quaeque de sacerdotibus viris edictum distinguit. Post capita relata Senatus consulti Consules pergunt indicere magistratibus urbium, sive locorum, oportere eos edictum in conventu referre intra spatium nundinarum trium, poenasque memorant a Senatu statutas adversum eos, qui contra sententiam Senatus fecissent, iubentque incisum tabula ahena proponi figique, ubi facillime gnosci possit, facereque, uti iussa Senatus fierent intra dies decem, ex quo iis tabellae datae essent.

880. (= 30, XXXVII, B). — Romae in sepulcro Scipionum arca e lapide albano ordinis dorici. Nunc in Museo Vaticano.

(litt. maior.).

/ / EST / / /

Carmen sic scandit Ritschelius:

Cornéliús Lucíus Scípió Barbátus
Gnaivód patré prognátus fórtis vír sapiénsque
Quoiús fórma vírtuteí parísuma fúit
Consól censór aidílis queí fuít apúd vos
Taurásiá Cisaúna Sámnió cépit
Subigít omné Loucánam ópsidésque abdoúcit.

Lineolas iacentes versibus distinguendis adhibitas bis neglexit sculptor, aut oblitus est. Orthographia huius carminis ea est, quam primae utrum an secundae parti saeculi sexti assignes dubium sit. Hoc tantum constat scribi non potuisse ea aetate, qua Lucius mortuus est, eiusque sepulcro titulus additus, quem superius retuli.

881. (= 33, XXXIX, F). — Romae in sepulcro Scipionum tabula, nunc in Mus. Vat.

QVEI · APICE INSIGNE · DIAL // // AMINIS · GESISTEI
MORS · PERFE/// TVA · VT · ESSENT · OMNIA
BREVIA · HONOS FAMA · VIRTVSQVE
GLORIA · ATQVE · INGENIVM · QVIBVS SEI
INLONGA LICV//SET · TIBE VTIER · VITA
FACILE · FACTEIS SVPERASES · GLORIAM
MAIORVM QVA · RE · LVBENS · TE · IN GREMIV
SCIPIO RECIP//T · TERRA · PVBLI
PROGNATVM · PVBLIO · CORNELI

Contuli. Tractavit En. Quir. Viscontius hunc statuens esse Publii illius Cornelii Africani filium, quem veteres tradunt tenui aut potius nulla valetudine brevi extinctum. Hic si apicem flaminis dialis gessit, necesse est ut post a. u. c. 580 diem obierit: eo enim anno Cn. Cornelio flamine diali mortuo ad hoc sacerdotium evehi potuit (Liv. XLI, 28). Haec Momms. Versus scandit Ritschelius:

Cic. Cat. 1
d. off. I, 1
Brut. 7

Quei ápice insígne diális flámínís gesístei
Mors pérfécit túa ut(i) éssent ómnia brévia
Honós famá virtúsque glória átque ingénium
Quibús sei in lónga lícuisét tibe útier víta
Facilé facteís superáses glóriám maíorum
Quaré lubéns te in grémiu Scípió récipit
Terrá Publí prognátum Publió Cornéli.

Digitized by Google

882. (=34, XLI, K a). — In sepulcro Scipionum tabula, nunc in Mus. Vat.

L·CORNELIVS·CN·F·CN·N·SCIPIO·MAGNA·SAPIENTIA
MVLTASQVE·VIRTVTES·AETATE·QVOM·PARVA
POSIDET·HOC·SAXSVM·QVOIEI·VITA·DEFECIT·NON
HONOS·HONORE·IS·HIC·SITVS·QVEI·NVNQVAM
VICTVS·EST·VIRTVTEI·ANNOS·NATVS·XX·IS
L////EIS·MANDATVS·NE·QVAIRATIS·HONORE
QVEI·MINVS·SIT·MANDATVS

Contuli. Poëta sapientiam virtutesque huius Lucii Cornelii laudat, magistratus vero ait se referre non posse, quod is mortuus sit aetate parva, nempe nondum ad honores matura. Lachmannus (ad Lucr. IV, 602) sic explicandum esse versum tertium cum quarto putat, laudante Mommsenio: Quoei vita defecit non honos honore(m), ut sensus prodeat, quem ait se intellexisse Ritschelius: cui brevitas vitae non indolis honos destituit honorem magistratuum. Lusit igitur auctor carminis in vocis honor, duplici notione, aeque ac infra in voce mandatus: Is est loceis mandatus, ne quaeratis cur minus honori sit mandatus.

Versu quinto pro diteist, quod supplementum Ritschelii est, supple loceis: praeter enim quam quod prima littera est *l*, et *t* in fine non apparet, hac aetate coniunctio verbi *est* per crasin nondum est usurpata, sed diu post. Hunc L. Scipionem Cn. f. Cn. n. Gnei Hispani praetoris a. 615 non filium sed fratrem commode haberi posse coniicit Ritschelius in Enarr. p. 31, quando, Mommsenio auctore, ex capitolinis lapidibus constat filium non L. f. L. n. sed Cn. filium L. n. fuisse.

Carmen sic scandit Ritschelius omissis nominibus:

Magná sapiéntiá multásque vírtútes
Aetáte quóm párva pósidét hoc sáxsum
Quoieí vitá defécit nón honós honóre
Is hic sitús quei núnquam víctus ést virtútei
Annós gnatús vigínti is l(oc)eís mandátus
Ne quaératís honóre queí minus sít mandátus.

883. (=35, XL a). — In sepulcro Scipionum, nunc in Mus. Vat. cum tribus seqq.

L·CORNELI·L·F P
SCIPIO·QVAIST
TR·MIL·ANNOS
GNATVS XXXIII
MORTVOS·PATER
REGEM ANTIOCO
SVBEGIT

Contuli. L. Cornelius, quaestor qui fuit a. u. 587 (Liv. XLV, 44), mortuus est annorum triginta trium, nempe circa a. u. 593. Quod praeter morem aetatis legitur, Antioco, cave ne cum Ritschelio excuses praetexens graecum nomen. Veteres formae, ut saepe dixi, identidem ex sermone vulgari titulis immixtae cernuntur.

Digitized by Google

884. (=36, XL H a).

RNELIVS · L · F · L · N
ΓIO ASIAGENVS
COMATVS ANNORV
GNATVS. XVI

Contuli addidique ex apographis litteras primas, quae periere. Nepos is Cornelius illius Scipionis filius esse videtur, qui Asiagenes primum, deinde Asiaticus nominatus est propter Antiochum subactum.

885. (= 37, XL, 11).

S
ΓIONEM
O · ADVEIXEI

Contuli. Supple v. 3 quoad veixei collato Gellii loco, VII, 21: quoad vivet, quoad morietur: vel, quo · ad veixei, duce Scaevola in Dig. 33, 3, 28: donec advivet: 34, 4, 30 quamdiu advixerit.

886. (=38, XLII). — In sepulcro Scipionum tabulae tres loculo occludendo adhibitae.

(litt. maior.) CN · CORNELIVS · CN · F | SCIΓIO · HISΓANVS
II ΓR · AID · CVR · Q · III | III TR · MIL · II · X · VIR · St IVDIK
XVIR · SACR · FAC
VIRTVTES GENERIS MIEIS MORIBVS ACCVMVL | AVI
ΓROGENIEMI GENVI FACTA ΓATRIS ΓETIEI
MAIORVM oΓTENVI LAVDEM VT SIBEI ME ESS | E CREATVM
LAETENTVR STIRΓEM NOBILITAVIT HON | OR

Contuli. Cneus Cornelius Hispanus ad consulatum non pervenit, praetura functus a. u. c. 615; quo tempore mortuus sit ignoratur. Praecessit tamen eius decemviratus sacris faciundis illam aetatem, qua eius collegii numerus ad quindecim est adductus.

887. (=39, XXXVII, c). — In sepulcro Scipionum lapide tiburtino.

AVLLA · CORNELIA · CN · F · HISΓALLI

Contuli. Paulla (sic olim supplevi in Ann. Instit. 1860 p. 261) Cornelia Gnei Cornelii filia, Hispalli uxor, consulis ne anni 578 ignoratur: non quia ab illa aetate longe abscedat usus liquidae duplicandae, ut putat Momms.; nam secus est: quod enim pars secunda dimidia saeculi sexti a duplicandis liquidis non abhorreret ostendit L. Aemilii tabula a. 565 in qua legimus, turri, vellet.

Digitized by Google

888. (= 538, XLIII, D. — Aquileiae.

L · MANLIVS · L · F
ACIDINVS TRIV · VIR
AQVILEIAE · COLONIAE
DEDVCVNDAE

Aquileia coloniarum postrema latinarum deducta est a. 573 per triumviros P. Cornelium Scipionem Nasicam, C. Flaminium; L. Manlium Acidinum (Liv. XL, 34). Titulum non multo post coloniam deductam positum putat Momms., ea de causa, quod nomen viri honorati primo casu elatum non invenitur post saeculum sextum. Haec ille non recte. Nec enim ad saeculum sextum unice pertinet haec consuetudo in titulis honoris causa ponendis, verum et ad sequentem aetatem porrigitur, aut certe probari non potest usum tertii casus ante sullana tempora invaluisse: primi enim hactenus tituli sunt Sullae dicati in quibus viri honorati nomen tertio casu effertur. Italici Halaesae a. 561 L. Cornelium Scipionem honorantes casu quarto non latina sed graeca consuetudine id faciunt. Titulus igitur additus imaginibus formula ea scribebatur, quae declarandi causa, non consecrandi, statuis picturisve apposita videretur.

889. (= 539, XLVIII, F). — Lunae in capitulo.

M · CLAVDIVS · M · F · MARCELVS a. u. 599.
CONSOL · ITERVM

Lunae coloniam conditam fuisse a. 574: novos etiam colonos additos a. 577 certum est. Demum accepimus a. 586 disceptatum per legatos de finibus inter Pisanos Lunensesque (Liv. XLV, 13). M. hic Marcellus eius est Marcelli nepos qui Syracusas expugnavit, fuit autem consul iterum a. 599.

890. (= 540, LV a).

S · POSTVMIVS · S · F · S · N a. u. 606.
ALBINVS · COS
X GENVA C
XXVII

Litterae VMIV versus primi scalpro deletae refectaeque sunt in numerum VIIII. Exemplum chartaceum, ait Ritschelius (Enarr. tab. p. 48), haud ambiguos IIII numeros ostendit sub litteris VMIV latentes, uti Borghesio VIII potius interlucere visi sunt praeter verum, ut puto. Via Postumia quae ex Genua Placentiam, inde Cremonam duxit sterni non

Digitized by Google

potuit ante Ligures subactos: memoratur vero a. 637 in Minuciorum sententia: auctorem igitur habuit Spurium Postumium consulem a. 606 qui in fastis appellatur Albinus Magnus.

891. (=541, LI, A). — Romae lapide tiburtino.

L · MVMMI · L · F COS · DVCT a. u. 609.
AVSPICIO · IMPERIOQVE
EIVS · ACHAIA · CAPT · CORINTO
DELETO ROMAM REDIEIT
TRIVMPHANS · OB · HASCE
RES · BENE · GESTAS · QVOD
IN · BELLO · VOVERAT
HANC · AEDEM · ET · SIGNV
(litt. maior.) HERCVLIS · VICTORIS
IMPERATOR · DEDICAT

Contuli. Mummius quo anno consul fuit bello in Achaiam illato Corinthum cepit, eaque deleta, Achaicus est appellatus. Is ex manubiis aedem votam Herculi victori dedicavit idipsum narrans versu saturnio, quem sic scandes, addita, duce Ritschelio, in fine carminis clausula trochaica:

Ductu aúspicio ímperióque éius Acháia cápta
Corínto déletó Romám redieit triúmphans
Ob hásce rés bene géstas quód in béllo vóverat
Hanc aédem et sígnu Hérculís victóris
Imperátor dédicat

Habes hic prima consonantium aspiratarum exempla, de quibus egi in grammatica huic syllogae praemissa.

892. (=542). — Reate. Lapis albanus rotundus pedes altus duos circiter, imagines habens sculptas diversa conferentium ad aram, medium autem titulum hunc.

SANCTE
DE · DECVMA · VICTOR · TIBEI · LVCIVS · MVMMIVS · DONVM
MORIBVS · ANTIQVEIS · PRO VSVRA HOC DARE · SESE
VISVM · ANIMO · SVO · PERFECIT · TVA · PACE · ROGANS · TE
COGENDEI · DISSOLVENDEI · TV · VT · FACILIA · FAXSEIS
PERFICIAS · DECVMAM · VT · FACIAT · VERAE · RATIONIS
PROQVE · HOC · ATQVE · ALIEIS · DONEIS · DES · DIGNA · MERENTI

Digitized by Google

Exscripsere Pomponius Laetus Accursiusque. Planissimum carminis sensum obruerunt docti sophismatibus suis. Lectionem PRO VSVRA damnavit Momms., excogitato in eius locum verbo PROMISERAT, satis absurde: nam quo modo dicere potuit Mummius visum sibi esse dare quod voto promiserat? immo debuit reddere quod sine scelere, sine piaculo, omittere non potuit. Quid sit hac in re, donum dare pro usura decimae, hoc loco dicam. Mummius donarium quod huic basi rotundae superposuit ait sibi visum esse dare et perfecisse, ut deus concederet sibi decumam verae rationis perficere, facultate facta praedae cogendae et dissolvendae: nempe visum esse de decuma adhuc cogenda aliquid praesumere, pro sacris faciundis, ut usus decumae concederetur a numine. Hoc vero ait se fecisse, more antiquo, scilicet ut deo donum daret de decuma adhuc cogenda, pro usura decumae, et deus pacem rogatus daret cogere et dissolvere praedam, perficeretque hoc pacto, ut decuma esset verae rationis.

Cogendi dissolvendi, Bernays persuasit Ritschelio, hos genitivos pendere a substantivo, pacem: quasi Mummius diceret, rogare se deum pacem cogendi et dissolvendi. Quum veteres olim pacem deum petebant, pacem rogabant, id quaerebant scilicet, ut dii benigne acciperent, adiuvarent, mala averterent, ne irati essent, placarentur precibus hostiisque. V. Plaut. in Amphitr. a. V, 74, 5, in Curcul. a. II, 11, 20.

Facilia dici pro faciliam, mihi certum est, hoc vero vocabulum ea analogia a facile, ut facultatem, derivare potuit antiquitas, qua ex volupe fecit volupiam et voluptatem, ex aequo aequitiam et aequitatem, ex famulo familiam et famulitatem.

893. (= 543). — Trebulae Mutuescae duobus exemplis.

L·MVMMIVS COS
VICO

L. Mummius non Italiam modo sed etiam provincias exornavit statuis Corintho ablatis (Front. Stratag. IV, 3, 15; Victor de Vir. ill. 60). Haec quae trebulae Mutuescae in Sabinis, ubi nunc Monteleone, duobus exemplis reperta est, ostendit vico illi Mummium tunc ex praeda corinthiaca dedisse. Trebula tunc fuit vicus vel si magis vis vici nomen non mutarat, quem ad modum urbs Italica sexagesimo anno postquam condita est adhuc vicus appellatur.

894. (= 544). — In agro nursino.

L·MVMMIVS
COS·DED N

Sigla illa *n* quid significet monet locus in quo inventus est titulus. Lege itaque: dedit nursinis.

Digitized by Google

895. (= 545, LIV, D). — Parmae.

L · MVMMIVS
COS · P · P

Raymundus Guarinius primus et solus recte siglas P · P est interpretatus, Populo Parmensi, subscribente Ritschelio. Borghesius male Primipilus, quem tamen sequitur Henzenius, monito lectore ad Orell. III, 5349 his verbis: cave ne te moveat, ut Ritschelium, quantulacumque Guarinii auctoritas. Mommsenius restitutum titulum autumat, at Guarinio in siglarum interpretatione consentit.

896. (= 546). — Italicae in Hispania.

IVS · L · F · IMP a. u. 609.
RINTHO · CAPTA
ICENSI

Huebnerus supplevit ex Cortina (Antiqued. de Italica, 1840), qui integriorem titulum vidit. Italicam civium romanorum initio vicum fuisse apparet, urbem deinde ab Africano maiore conditam circa a. u. 549 (App. Hisp. 38). Mansit in municipii conditione ad Hadrianum usque, qui ius coloniae dedit. Haec Momms., qui tamen sine iusta causa restitutum putat.

897. (= 547, a, b, LVIII, A). — Ad radices Euganei montis qui dicitur Venda.

S Q F PRO · COS a. u. c. 613.
TERMINOS · FINISQVE EX
SENATI · CONSVLTO · STATVI
IOVSIT · INTER · ATESTINOS
ET · PATAVINOS

Exemplum recentius infra positum

L · CAEICILIVS · Q · F PR
O · COS · EX TERMINOS
FINISQVE · EX SENATI
CONSVLTO STATVI · IVSIT
INTER · ATESTINOS
PATAVINOS QVE

Duos Lucios Caecilios Quinti filios novimus consules, alterum a. 612, alterum a. 637: primum esse auctorem horum terminorum statuit Borghesius. Namque cum pro consule ante Sullam ii sint et nominentur, quibus post consulatum imperium prorogatur eius provinciae, quam in ipso

Digitized by Google

consulatus aditu sibi delegissent, apparet L. Caecilium Q. f. consulem anni 637 in Italia transpadana proconsulem non fuisse: eius enim provinciae regimen tenuit collega Q. Marcius Rex, qui de gente alpina Stoenorum triumphavit. Ille L. Caecilius Q. f. qui terminos euganeos statuit consul fuit a. u 612. Absentiam cognominis, addit Momms, ut alterum argumentum pro hoc Caecilio. At hoc reiicies, columnam Fulvii Nobilioris supra relatam in mente habens.

898. (=548 a, b, LVIII, c, B) — In colle euganeo qui dicitur Teolo in columna minore maiori superposita.

SENATI cOnsuLTO STA
IVSIT

In columna maiore sustinente minorem

L·CAICILIVS·Q·F
PRO·COS
TERMINOS
FINISQVE·EX
SENATI·CONSOLTO
STATVI·IVSIT·INTER
PATAVINOS
ET·ATESTINOS

Servarunt antiqui quod supererat ex titulo vetere cum novum reficerent Nota Consolto maioris columnae pro Consulto serius usurpato in minore.

899. (=549, LV, B). — In confinio agri vicetini et atestini.

SEX·ATILIVS·M·F·SARANVS PROCOS a. u. 619.
EX·SENATI CONSVLTO
INTER·ATESTINOS·ET·VEICETINOS
FINIS·TERMINOSQVE·STATVI·IVSIT

Sextus Atilius Saranus consul a 618 Italiam transpadanam proconsule administravit, prorogato imperio, a. 619, opusque a L. Caecilio Metello coeptum finium terminandorum prosecutus, Atestinos a Vicetinis delimitavit. Nota Saranus, item deinceps, *a* verso in *e*, Serranus appellatur, cuius causam quaerit Momms. post grammaticos et scriptores veteres in Atilio consule designato, quem nuntii missi a Senatu serentem, nempe spargentem semen, invenerint. Falsas etymologias plerumque novimus ab antiquis inductas; quae enim ratio reddi potest de retenta *r* duplici? quae de sĕrente cuius prima syllaba brevis? Sit igitur ex Sarrano, Serranus, ut ex Tarracina, Terracina.

Digitized by Google

900. (=642, b). — Glans bellica ad Ennam Siciliae urbem reperta.

L·PISO·L·F a. u. 621.
COS

L. Calpurnium L. f. Pisonem consulem Ennam obsidione pressisse a. 619, quod esset firmissimum fugitivorum praesidium, constat ex glandibus bellicis eo loco reperiri solitis: nec tamen ipse cepit sed consul insequentis anni Rupilius.

901. — Ibidem.

L· P·L·F·
COS

Misit delineatam de Minicis.

902. (=643). — Ennae reperta.

PISO

Morem glandium inscribendarum a Graecis Romani videntur accepisse. Vetustissima quae feruntur exempla pertinent ad obsidionem Ennensem, inscribunturque nomine consulis Pisonis.

903. (=550, LIV, A, a). — Prope Hadriam padanam tabula.

P· POPILLIVS C·F a. u. 622.
COS
⊥XXXI

Consul P. Popillius aliquot Italiae vias aut stravit primus, aut continuavit. Tria ab eo fora condita numerantur, primum quod hodie corrupto vocabulo Forlimpopoli nuncupatur sex passuum millibus a Caesena, secundum prope Capuam quod serius coloniae ius et cognomentum accepit, tertium in Lucaniae finibus, Polla hodie dicitur. Via ad quam hic terminus stetit ab Hadria tendebat Ariminum. Est vero formae quadratae in acutum infra desinens, ut appareat terrae infixum olim fuisse. Citabatur propter *i* super ceteras litteras eminentem in Popillio: modo scimus errore id factum editoris, cui in lapide detritus locus speciem praebuit *i* supereminentis.

Digitized by Google

904. (= 551, LI, B). — Pollae in Lucania ubi olim Forum Popilii fuit.

VIAM · FECEI · AB · REGIO · AD · CAPVAM · ET
IN · EA · VIA · PONTEIS · OMNEIS · MILIARIOS
TABELARIOSQVE · POSEIVEI · HINCE · SVNT
NOVCERIAM · MEILIA · ↊I · CAPVAM XXCIIII
MVRANVM · ↊XXIIII COSENTIAM · CXXIII
VALENTIAM · C↊XXX · AD · FRETVM · AD
STATVAM · CCXXXX · REGIVM · CCXXXVII
SVMA · AF · CAPVA · REGIVM · MEILIA · CCC
ET · EIDEM · PRAETOR · IN XX
SICILIA · FVGITEIVOS · ITALICORVM
CONQVAEISIVEI · REDIDEIQVE
HOMINES · BCCCCXVII · EIDEMQVE
PRIMVS · FECEI · VT · DE · AGRO · POPLICO
ARATORIBVS · CEDERENT · PAASTORES
FORVM · AEDISQVE · POPLICAS · HEIC · FECEI

Eum qui Pollae forum viamque ab Regio ad Capuam fecisset fuisse Man. Aquilium, cuius nomen ferebatur titulo superscriptum, longa aetate credidimus. Et nostro quidem in numero fuit ille Ritschelius, qui propter hanc causam titulum a. u. 654 assignavit (de tit. Mumm. ubi Orellium citat n. 3308). Postea, duce Mannerto, sibi, Mommsenio et Henzenio persuasit, nomen Manii Aquilii veteri titulo ex descriptorum ingenio accessisse, quaesitusque auctor, non Man. Aquilius, sed ille visus est esse, qui Foris nomen fecisset Popiliis, tum huic quod sub Pollae nomine latet, tum illi, quod prope Capuam extitisse dixi, quem ad locum Popillius ait se viam perduxisse.

Quae hic se fecisse in Sicilia praedicat opportune enarrat Mommsenius. Cum enim praetorem ibi ageret fugitivos Italicorum conquaesivit, nempe latrones ex aratoribus et pecuariis, qui equitum romanorum praesidio per agros et urbes caedibus et rapinis grassabantur. Hos ille reddidit magistratibus, qui poenis adigerent. Insuper omnium primus fecit ut ex agro publico pastores cederent aratoribus: nempe quia lege sempronia a. 621 adimebatur ager publicus ultra legitimum modum occupatus et adsignabatur colentibus, vectigali imposito, fecit ut huic legi possessores parerent. Haec satis de elogio. Nunc ad rem grammaticam.

In apographo quem mihi confecit amicus, quemque in Antiqq. Ligurum edidi, notavi primus quid rei essent illae scalpturae quadratae additae numeris in versibus 6, 7, 9: de quibus Momms. pronuntiaverat ignorare se quid significarent. Eas ego esse dixi indicia sublati numeri, quam explicationem Momms. tunc amplexus est in add. et corr., verum sibi videri esse fassus, quod proposueram, et modo etiam ad hunc titulum: apparet, inquit, errorem commissum a lapicida emendatum esse sublatis | singulis

Digitized by Google

pluribusque. Pontes omnes, ait Popillius, milliarios tabellariosque posui. Quaesitum est quae esset huius loci sententia. Et Orellius quidem post Gruterum, quamquam subdubitans, affirmat tamen, hos esse pontes e tabulis sive asseribus structos mille pedum longitudine. Mommsenio haec verba miliarios tabulariosque poseivei visa sunt rem, novam tunc, indicare et recens repertam, nempe formam lapidum miliariorum columnariam: nam tabellaria fuit vetustissima, columnisque, ait, quibuslibet antiquior. At quae de novo invento formae columnariae dicit Momms. evertit illa quam nuper publicavi columna ab aedilibus plebis in via ostiensi posita. Verum, absque id esset, quomodo, si forma tabellaria fuit vetustissima et unica, potuit Popillius simul de ea praedicare quod de columnaria tunc recens reperta? An quia utraque simul usus est? ergo is nova hac commodiore reperta veterem non dimisit? utramque aeque se gloriatur adhibuisse? Hoc neque Mommsenium ipsum velle existimo. Denique cur non potius Popillius scripsit columnas et tabellas? nam milliarii nomen cur columnariae formae dederit, easque a tabellaria hac ratione distinxerit, cum utrique apte conveniat, ut milliaria sint columnae et tabellae, non intellegimus. Praeterea voces, tabellarius, milliarius, hoc sensu latine numquam sunt usurpatae. Quibus de causis aliam ineundam esse rationem puto, qua milliarii pontes et tabellarii constet qui sint. Ego enim arbitror latinum auctorem tituli pontes hos voluisse dicere milliarios tabellariosque a Popillio factos, non propter eam causam, qua Gruterus sibi persuasit pontes olim ligneos qui fossis et rivis iniiciuntur in viis extitisse publicis mille pedum longitudine, qui nec tabellarii dici propterea potuerunt, non enim tabellis, at trabibus, subliciis, tabulis atque asseribus fuissent constructi, sed quia millibus passuum numerandis columnas, stationibus mansionibusque indicandis tabellas, quo ex genere haec pollana esse censenda est, posuit, et quia pontes, nempe crepidines et margines, columnis et tabellis sustentandis subiecit; ea de causa pontes se fecisse, recte milliarios tabellariosque in ea via narrare videtur.

V. 9 magis legi PRAEITOR quam PRAETOR testatur Ritschelius: ad dubitandum quam ad credendum, inspectis ectypis chartaceis, proclivior est Mommsenius.

905. (=552). — In pago S. Angelo in Formis agri capuani.

Circa columnam.

C·SeMΠRonius ti f grac
AΠ CLAVDIVS·C F·POLC
Π·LICINIVS·Π·F·CRAS
III·VIR·A·I·A

In vertice.

Descripsi Neapoli in Museo et charta expressi, rogatusque ab Henzenio Ritschelii gratia, ad quem a Minervinio exemplum missum allatum non fuit,

Digitized by Google

delineatum concessi. Errat itaque Mommsenius qui ritschelianum exemplum Minervinio adscribit, cum Ritschelius ipse clare affirmet Minervinii ectypum ad se pervenisse nunquam, « sive is miserit, seu potius mittere instituerit ». Praeterea lectio Minervinii quam ipse vulgavit in Eph. neapol. vol. VII, p. 8, quo loco Iannellium emendavit, has fert vertice inscriptas litteras -|X|- quas certe Ritschelius ne novit quidem. Aliud exemplum habuit Mommsenius, quod affirmavit sibi ab amico missum, et Ritschelio dedit. Hic verticem tituli sic exscripsit: (D F X) V. Ritschelii enarrat, p. 49 et p. 95, ubi ait sibi formam chartaceam ab Eugenio Peterseno missam, qui amicus ille esse videtur Mommsenii. Nec tamen hanc edidit Mommsenius, sed exemplum meum, quod Ritschelius expressit tab. XCVIII Bb. Ex qua rerum memoria patere arbitror neminem in vertice columnae Kardinem et Decumanum intellexisse, neminem descripsisse. In columna qui tresviri nominantur hi lege sempronia creati agro publico terminando, deinde etiam controversiis iudicandis inter agrum privatum et publicum, eoque attribuendo. Campanum agrum ab iis etiam limitatum, ait Momms., vel propter coloniam futuram, vel locationis causa. Quamobrem terminus hic habet in vertice siglas indicantes Decumanum et Kardinem. Ex lege sempronia primi hi triumviri creati a. 621 duo Sempronii Tiber. et Caius, tertius Ap. Claudius. Tiberio eodem anno suffectus est P. Licinius Crassus.

906. (= 1504). — Prope Arienzo.

C·SEMPRONIVS· F
AP · CLAVDIVS · C
P · LICINIVS · P · F
III · VIR

Latebat in Historia Suessulana a Lettierio scripta: inde ego protuli edidique in Eph. neap. testatus me adhibitis amicis frustra loco a Lettierio indicato quaesisse.

907. (= 553). — Sub oppido Sala Padulam versus.

AΓ · CLAVD
Γ · LICINIVS
III · VIR · A · I · A

Vulgavit Gatta p. 90 fragmentum. Terminus hic Salanus, et Aeclanenses qui sequuntur, pertinent ad agrum publicum a triumviris limitatum discretumque a privato.

Digitized by Google

908. (554, LV, C, a, b). — In agro Aeclanensi.

Circa columnam.

M · FOLVIVS · M · F · FLA
C · SEMPRONIVS · TI · F · C ·
C · PAPERIVS · C · F · CARB
III · VIRE · A · I · A

In vertice.



P. Licinio Crasso in Asia interfecto a. u. 624 initio, et Appio Claudio aliam ob causam magistratum deserente, triumviri M. Fulvius Flaccus, C. Papirius Carbo in eorum locum creati. Litterae quae leguntur in vertice ex eo genere sunt, quae a gromaticis exponuntur.

909. (= 555, LV, D, a, b). — In agro Aeclanensi.

Circa columnam.

M · FOLVIVS · M · F · FLA
C · SEMPRONIVS · TI · F G
C · PAPERIVS · C · F · CARB
III · VIRE · A · I · A

In vertice.

Lege v. 4: triumvireis agris iudicandis attribuendis.

910. (= 556, LV, E). — In vertice columnae:

Inscriptio quae erat in columna periit.

911. (= 558, LVI, a). — In via Venafro ducente Neapolim, columna.

L · CORNELIV a. u. 627.
S · L · CINA · COS
III

Descripsi a me repertam et Borghesio misi, a quo Momms. accepit. Ritschelii gratia Brunnio indicavi locum: ille charta expressit. Mommsenius me accusat perperam quasi scripserim hanc columnam extare Camposacci

Digitized by Google

qui locus est Venafrum inter et Aeserniam. In historia illa, quam citat, Aeserniae, columnam Augusti milliariam describo, non Cinnae columnam, idque patet evidenter ex verbis quae subiicio: « Colonna milliaria di Augusto veduta da me a Camposacco sulla via che da Venafro mena ad Isernia ». Cinnanam diu post inveni. Ritschelius in tabula integrum C nominis Cinae dedit, ego extremos litterae apices tantum, quos servatos in detrito lapide vidi. Idem omisit vestigia numeri C quae extant in columna. Nec leve est quod a Roma Venafrum usque numerata sint olim millia passuum centum. Consul igitur L. Cornelius Cinna viae a se refectae columnas milliarias addidit. Nota litteram S separatim initio versus secundi a, Corneliu, sculptam.

912. (= 197, XIX). — Bantiae reperta aerea tabula utrinque scripta, nunc in Museo Neap.

1 nEQVE PROVinciam u. c. 621-636.
2 IN SENAtu seivE · IN · POPLICO · IOVDICIO · NE · SENtentiam rogato
3 neive is testumonIVM DEICITO · NEIVE · QVIS · MAG · TESTVMONI VM · POPLICE · EI · DEferri neive denONTIARI
4 sinito neive ioudicem eum neive arbitrum neive recup- ERATOREM · DATO · NEIVE · IS · IN POPLICO · LVVCI · PRAETEX TAM · NEIVE SOLEAS HabetO NEIVE QVIS MAG · IBEI P RAETEXTAM
5 MAG · QVEI QVOMQVE · COMITIA · CONCILIVMVE · HABEBIT · EVM · SVFRAGIVM · FERRE ·
6 NEI · LEGITO
7 QVEI EX HACE LEGE · PLEBEIVE · SCITO · FACTVS · ERIT · SENATORVE · FECERIT · CESSERITVE · QVO · EX · HACE · LEGE
8 ex h l faCERE · OPORTVERIT · OPORTEBITVE · NON · FE CERIT · SCIENS · D · M · SEIVE · ADVORSVS · HANCE · LEGEM · FECERIT · eam pe-
9 QVNIAM · QVEI · VOLET · MAGISTRATVS · EXSIGITO · SEI · POSTVLABIT · QVEI · PETET · PR · RECVPERATORES
10 opoRTEAT · DATO · IVBETOQVE · EVM · SEI · ITA · PARIAT · CONDVMNARI · POPVL · FACITOQVE · IOVDICETVR · SEI · CONDEMNATVS
11 ... E · AD · Q · VRB · DET · AVT · BONA · EIVS · POPLICE POS SIDEANTVR · FACITO · SEI · QVIS · MAG · MVLTAM · INRO GARE · VOLET
12 dum \ · PARTVS · FAMILIAS · TAXSAT · LICETO · EIQ · OMNIVM · RERVM · SIREMPS · LEXS · ESTO · QVASEI · SEI · IS · HAACE · LEGE
13 . . . . . .

Digitized by Google

14 ... quEI · NVNC · EST · IS · IN · DIEBVS · V · PROXSVMEIS · QVIBVS · QVEIQVE · EORVM · SCIET · H · L · POPOLVM · PLEBEMVE
15 ... DIC · COS · PR · MAG · EQ · CENS · AID · TR · PL · Q · III · VIR · CAP · III · VIR · A · D · A · IOVDEX · EX · H · L · PLEBIVE · SCITO
16 pOST · HAC · FACTVS · ERIT EIS · IN · DIEBVS · V · PROXSVMEIS · QVIBVS · QVISQVE · EORVM · MAG · INPEPIVMVE · INIERIT · IOVRANTO
17 ... pro aeDE · CASTORVS · PALAM · LVCI · IN · FORVM · VORSVS · ET · EIDEM · INDIEBVS · V · APVD · Q · IOVRANTO · PER · IOVEM · DEOS QVE
18 ... oportEBIT · FACTVRVM · NEQVE · SESE · ADVORSVM · H · L · FACTVRVM · SCIENTEM · D · M · NEQVE · SEESE · FACTVRVM · NEQVE · INTERCESSVRVM
19 ... quEI · EX · H · L · NON · IOVRAVERIT · IS · MAGISTRATVM · INPERIVMVE · NEI · PETITO · NEIVE · GERITO · NEIVE · HABETO · NEIVE · IN · SENATV
20 neiVE · QVIS · SINITO · NEIVE · EVM · CENSOR · IN · SENATVM · LEGITO · QVEI · EX · H · L · IOVDICAVERIT · IS · FACITO · APVD · Q · VRB
21 nomen perscRIPTVM · SIET · QVAESTORQVE · EA · NOMINA · AC CIPITO · ET · EOS · QVEI · EX · H · L · APVD · SED · IOVRARINT · FACI TO · IN · TABOLEIS ·
22 . . . . . .
23 ... sententiAM DEIXERIT · POST · HANCE · LEGEM · ROGATAM EIS · IN DIEBVS · X · PROXSVMEIS · QVIBVS · QVISQVe
24 ioVRANTO · APVD · QVAESTOREM · AD · AERARIVM · PALAM · LV CI · PER · IOVEM · DEosqVE · PENATEis
25 neque sesE · ADVORSVM · HANCE · LEGEM · FACTVRVM ESSE · NEQVE · SEESE QVOMINVS SEI
26 ... SE HOICE · LEEGEI T . . ANODNI . . VRAVER . .
27 . . . . . .
28 ... QVIS MAGISTRATVS D . .
29 . . . . . .
30 ... uTI IN TABOLEIS POPLiceis
31 ... trINVM NONDINum
32 . . . . . IS ERIT VV . . .

Contuli. Bantia ad flumen Bradanum prope eam urbem fuit, quae hodie *Oppido* dicitur in dioecesi Acherontina (Acerenza): mansit eius memoria monasterio et ecclesiae dictae S. M. de Bancio (S. M. di Banzi), et castello cui nomen *Bancium*. Fragmentum laminae aereae quo in loco quave in parte territorii inventum fuit ignoratur. Apparet vero ea aetate scripta lex et proposita, qua Romae III viri agris dandis adsignandis inter ordinarios magistratus numerabantur, hoc est ab a. 621 ad 635 vel 636, quo

Digitized by Google

lege Thoria sublati creari desierunt. Fuerit ne foedus aliquod Bantiae propositum an foederi adiecta lex non liquet: hoc tantum constat in libera civitate legem romanam publice proponi non potuisse. Haec recte Theod. Mommsenius p. 46 statuit contra Husckhium aliosque. Quae extrema pars legis in hoc fragmento superest, est de sanctione, item de iure iurando exigendo ab iis qui magistratum imperiumve inierint.

913. (=557).

MI
CL — u. c. 625-8.
X // VIII
MANΣ AKYAIOΣ
MANΥ ΥΠΑΤΟ
ΡΩΜΑΙΩΝ
KO
E AC
FLOR
AEYKIOΣ
NOΣ M
TAN

Prodiit in Corpore Inscr. Graecarum Berolini n. 2920. Cavedonius primus omnium titulum pene integrum restituit ediditque in Bull. Arch. Inst. 1846, 187 erroribus descriptorum variis scite emendatis. Extremum tamen vocabulum TAN non tetigit: adhuc intentatum supplevi ego. Lege itaque: MV · Aquilius MV · f · cos XXVIIII · Μάνιος Ἀκύλιος Μανίου ὕπατος KO · L · Aquilius M. f. Florus quaestor. Λεύκιος Ἀκύλιος Μάρκου Φλῶρος Ταμίας.

914. (=198, XXIII, XXIV, XXV). — Fragmenta legis repetundarum Romae reperta, quae partim in Museo Neapol. partim in Vindobonensi asservantur.

[1] (litt. maior.) noMINISVE · LATINI · EXTERARVMVE · NATIONVM · QVOI VE · IN · ARBITRATV · DICIONE · POTESTATE · AMICITIAVe pop rom

[2] trib miL · L · IIII · PRIMIS · ALIQVA · EARVM · FVERIT · QVEIVE · FI LIVS · EORVM · QVOIVS · ERIT · QVOIVS · PATER · SENATOR · SIET · IN · ANNOS · SINGOLOS · PEQVNIAE · QVOD · SIET · AMPlius

[3] quoSVE · IPSEI · PARENTEVE · SVOS · FILIVSVE · SVOS · HERES · SIET · ABLATVM · CAPTVM · COACTVM · CONCILIATVM · AVERSVMVE · SIET · DE · EA · RE · EIVS · PETITIO · NOMINISQVE · DELATIO · ESTO ·

[4] datuM · ESSE · VTEI · PETERET · DE · EA · RE · EIVS · PETITO · NOMI NISQVE · DELATIO · ESTO · PR · QVAESTIO · ESTO · IOVDICIVM · IOVDICA TIO · LEITISQVE · AESTVMATIO · QVEI · QVOMQVE · IOVDICium ·

Digitized by Google

3 S · IV · · ioudICATA · ERIT · AVT · QVOIVS · NOMEN · PRAEVARI
CATIONIS · CAVSSA · DELATVM · ERIT · AVT · QVOIVM · NOMEN · EX ·
H · L · EX · REIS · EXEMPTVM · ERIT · SEIQVIS · EIVS · NOMEN · Ad
6 aliENO · NOMINe · · QVAESTIO · EIVS · PR · ESTO · IOVDICIVm · IOV
DICATIO · LITISQVE · AESTVMATIO · QVEI · QVOMQVE · IOVDICIVM · EX · H · L ·
ERVNT · EORVM · H · L · ESTO · IS · EVM · VNDE · PETET · IN · IOVS · EDucito
7 DEQVE · EO · HOMINE · DE quOIVS · EORVM · ITA · NOMEN · EX ·
H · L · POST · K · sePT · QVAE · EO · ANNO · FVERINT · DELATVM · ERIT · QVEI ·
EORVM · EO · IOVDICIO · CONDEMNATVS · ERIT · QVANTI · EIVS · REI · SLIS · AE-
stumata
8 condemnaveriT · EIVS · ESTO · PR · QVEI · EX · H · L · Quaeret ioudicatuM · ERIT · ID · VTEI · PRIVATO · SOLVATVR · QVEI · eoruM · PETET · DE-
EISCE · DVM · MAG · ANT · INPERIVM · HABEBVNT · IOVDICIVM · NON · FIET ·
DIC · COS · PR · MAG · EQV · ·
9 eX · EO · MAG · INPERIOVE · ABIERIT · QVO · MINus de patrono dando quei ex h · L · PEQVNIAM · PETET · NOMENQVE · DETVLERit · QVOIVS ·
EORVM · EX · H · L · ANTE · K · SEPT · PETITIO · ERIT · SEI · EIS · VOLET · SIBEI ·
Circa saeculum medium septimum consules ex gente Calpurnia, qui fuere, duo numerantur: L. Calpurnius Piso a. u. 642 et L. Calpurnius Bestia a. u. 643. Capua cum in formam praefecturae a Romanis esset redacta et a Praefectis regeretur ex XXVI viris Roma missis, habuit collegia liberorum civium, libertorum et servorum, quibus praeerant magistri XII cum suis ministris, sacrorum causa. His cura fuit aedium aedificiorumque, reficiebantque ex ea pecunia quam magistri et ministri, e lege, introitu magisterii vel ministerii sui, honoris causa, erogare tenebantur in ludos vel pro ludis.

Digitized by Google

922. (= 564). — Capuae.

CIVS · P · L · PILOL
T IVS · SER · L
VMIVS · M · L
RDONI · L · C · L
RVIVS · P · L
IVS · P · C · L
M · ET · PILAS · IIII
ALPVRNIO COS

923. (= 565, LXIII, A) — Capuae.

N · PVMIDIVS · Q · F M · RAECIVS · Q · F a. u. 646.
M · COTTIVS · M · F N · ARRIVS · M · F
M · EPPILIVS · M · F L · HEIOLEIVS · P · F
C · ANTRACIVS · C · F C · TVCCIVS · C · F
L · SEMPRONIVS · L · F Q · VIBIVS · M · F
P · CICEREIVS · L · F M · VALERIVS · L · F ƨ M
HEISCE · MAGISTREIS · VENERVS · IOVIAE · MVRV
AEDIFICANDVM · COIRAVERVNT · PED · CCIXX ET
LOIDOS · EECERVNT · SER · SVLPICIO · M · AVRELIO · COF

In versu sexto olim Momms. invenit Zmaragdum (Inscr. Neap. Lat. n. 3561). Quid in eo signo ƨ lateret monui primum in Inscr. Salern. p. 5: mox recepit ipse in add. et corr. et Renierius addidit notis in Borghesii Opera vol. 1 p. 58. Versu extremo faber erravit COF pro COS scribendo. Nota, Heisce magistreis Venerus, dictum pro Hi magistri Veneris.

924. (= 566, LXIII, B). — Capuae.

SER · SVETI · SER · L · BAL /// BABRIVS · L · L
P · BABRIVS · L · L P · ERVILIVS · M · L
M · SEXTI · N · M · L CN · OCTAVI · N · VES
M · SEXTI · N · M · L M · OCRATI · ML · PIST
L · HORDIONI · L · L · LAB P · STATIVS · P · M · L
C · LVCRETIVS · C · L · AL M · MAI · M · L · NIC
A · GARGONIVS · Q · L
(litt. maior.). HEISCE · MAGISTREIS · CERERVS · MVRM
ET · PLVTEVM · LONG · P · LXXX · ALT · P · XXI
FACIVND · COIRAVERE · EIDEMQ · LOID · FEC
C · ATILIO · Q · SERVILIO COS a. u. 648.

Descripsi.

Digitized by Google

NONNULLA CORRIGENDA

Pag. 2, lin. 7, *ab imo scribe:* appicta *pro* oppicta.
» 4 *in nota corrige:* Lectio cod. Florent. DVONVSCERVSES *et in fine* duomisceruses.
» 19 *in tit. scribe:* Denarii Cornelii Sisennae, L. Mummi et fortasse M. Tullii.
» 26 » 3, *scribe:* a. 620-630.
» 28 » 11, *ab imo scribe:* STAATIVS *pro* STAAIVS.
» 30 » 14, *scribe:* TROIIA *pro* ROIIA.
» 31 » 14, *scribe:* altero *pro* alteri.
» 41 *c) scribe:* TAPAC *pro* TAPANTINOC.
» 61 » 63, *a)* MAVIEΣ. *b)* MAIIEΣ *pro* MAVIES, MAIIES.
» 62 » 9, *corrige:* potuerit scribi MAVIEΣ ut ΣΙΠΟΕΣ: *item* l. 17 *pro* IPQ *scribe* ⋈Π. *Vide nunc* Le ant. Iscr. di Benev. Roma, 1875, p. 13 segg.
» 93 n. 176 *scr.* VB *pro* VB.
» 94 n. 192 *scr.* L *et* ✱ *pro* V *et* ✱.
» 95 n. 195 *scr.* cincta *pro* cincto.
» 96, alibi *in quibusd. locis pro* biga *et* quadriga *scr.* bigis, quadrigis.
» 97 *in tit. scr.* ab a. 640 ad 650.
» 100 *it. in tit. scr.* ab a. 650 ad 670.
» 143 n. 477 *pro* ait *scr.* ait Momms., *it.* n. 478 *scr.* POCOVO *pro* POCVVO.
» 144 *ab imo* l. 2 *scr.* fore legendum: *it.* l. 6 *scr.* Sarturnus *pro* Saturnus.
» 154 » 19, *scr.* Praeneste *pro* Praenestae.

Digitized by Google

Digitized by Google

1

2

3

Digitized by Google

Digitized by Google

1



2



3

4



5

6



7



8



9

Digitized by Google

Digitized by Google

925. (= 576, LVII, D). — Tarracinae, in pavimento, opere tessellato.

IVS · SER · F · GALBA · COS · PAVIMENTVM
Γ · EISDEM QVE · PROBAVIT

Ex gente Sulpicia duo Galbae saeculo septimo summum Romae magistratum gesserunt, a. u. 610 et 646: utri eorum attribuendum sit hoc opus an magis saeculi sexti duobus Galbis consulibus a. u. 543, 554, definire non habeo. Ritschelius (Enarr. tab. p. 51): De pavimentis opere musivo, non moror, ait, quod Plinium credunt operis musivi usum a temporibus Sulla prioribus abiudicare: cuius verba, H. N. XXXVI, 64 (189 Silb.), « lithostrota coeptavere iam sub Sulla » non interpretor de pavimentis quibuslibet, sed de picturatis sive figuras repraesentantibus, e quo genere non est tarracinense. Haec ille. Ego vero quae de toto hoc genere disputanda essent missa facio, quod non sunt huius loci; tantum moneo Ritschelium errare qui lithostrota habeat pro musivis figuras repraesentantibus, quod est secus. Cum enim omne opus musivum sit tessellatum, vel sectile, et tessellata aetatem Sullae longe in Italia antecedant, ille sectile induxit, quod λιθόστρωτον graeci, nempe pavimentum stratum lapide, nuncupant, hebraei רצפה, rispa (V. Diss. Archeol., vol. I, p. 149).

926. (= 567). — Capuae in domo Merolarum.

T · IVNIVS · N · F D · ROSCI · Q · L · LINI
C · NVMOLEI · CN · F D · ITEIV S · CN · L
M · FISIVS · M · F M · VALERI V S · ML
M · FVFIVS · M · F Q · FVLVIV S · FVLVIAEL
C · TITTIVS · C · F P · PACTVMEIVS · C · L
Q · MONNIVS · N · F L · POMPONIVS · CI
HEISCE · MAGISTREI CASTORI ET
POLLVCI · MVRVM · ET · PLVTEVM · FACIVND
COERAVERE · EIDEMQVE · LOEDOS u. c. 648.
FECERE · Q · SERVILIO · C · ATILIO · COS

Domus Merolarum olim fuit Alexii Symmachi Mazocchi. Vidit ibi saepius Danielius (Mon. di Capua p. 79), nec ratio erat ulla damnandi, quamvis solum Pratillium testem habuissemus. Damnavit tamen Momms.: eoque praecipue, quod cum in similibus nunquam recenseantur magistri, nisi aut ingenui aut libertini omnes, contra in hac ingenui sex sint totidemque libertini. At ego dedi in Bull. arch. neap. a. 1 p. 14 alterum titulum in quo ingenui cum libertinis simul magistri apparent. Explicationem quandam huius rei attulit Momms., cuius vim exaggerat Ritschelius, Enarr. tab. p. 55: ego non persentisco.

Digitized by Google

927. (= 577, LXVI).

(litt. maior.) AB · COLONIA · DEDVCTA · ANNO · XC u. c. 649.
N · FVFIDIO · N · F · M · PVLLIO · DVO · VIR
P · RVTILIO · CN · MALLIO · COS
OPERVM · LEX · II ·

5 LEX·PARIETI·FACIENDO·IN·AREA·QVAE·EST·ANTE
AEDEM·SERAPI·TRANS·VIAM·QVI·REDEMERIT
PRAEDES·DATO·PRAEDIAQVE·SVBSIGNATO
DVVMVIRVM·ARBITRATV
IN·AREA·TRANS·VIAM·PARIES·QVI·EST·PROPTER
10 VIAM·IN·EO·PARIETE·MEDIO·OSTIEI·LVMEN
APERITO·LATVM·P·VI·ALTVM·P·VII·FACITO·EXEO
PARIETE·ANTAS·DVAS·AD·MARE·VORSVM·PROICITO
LONGAS·P·II·CRASSAS·P·I·IN·SVPER·ID·LIMEN
ROBVSTVM·LONG·P·VIII·LATVM·P·I:· ALTVM·P·S:·
15 INPONITO·INSVPER·ID·ET·ANTAS·MVTVLOS·ROBVSTos
II·CRASSOS·S: ALTOS·P·I·PROICITO·EXTRA·PARIETE
IN·VTRAMQ·PARTEM·P·IV·INSVPER·SIMAS·PICTAS
FERRO·OFFIGITO·IN·SVPER·MVTVLOS·TRABICVLAS
ABIEGINEAS·II·CRASSAS·QVOQVE·VERSVS·S·INPONTo
20 FERROQVE·FIGITO·INASSERATO·ASSERIBVS·ABIEGNIEIS
SECTILIBVS · CRASSEIS · QVOQVE · VERSVS ·:: DISPONITO · NIPLVS · S :·
OPERCVLAQVE·ABIEGNEA·INPONITO·EX·TIGNO·PEDARIO
FACITO·ANTE·PAGMENTA·ABIEGNEA·LATA·S:· CRASSA· ε
CVMATIVMQVE·INPONITO·FERROQVE·PLANO·FIGITO
25 PORTVLAQVE · TEGITO · TEGVLARVM · ORDINIBVS · SENEIS
QVOQVE·VERSVS·TEGVLAS·PRIMORES·OMNES·IN·ANTE
PAGMENTO·FERRO·FIGITO·MARGINEMQVE·INPONITO
EISDEM·FORES·CLATRATAS·II·CVM·POSTIBVS·AESCVLNIEIS
FACITO·STATVITO·OCLVDITO·PICATOQVE·ITA·VTEI·AD·AEDEM
30 HONORVS·FACTA·SVNT·EISDEM·MACERIA·EXTREMA·PARIES
QVI·EST·EVM·PARIETEM·CVM·MARGI·VE·ALTVM·FACITO·P·X
EISDEM·OSTIVM·INTROITV·IN·AREA·QVOD·NVNC·EST·ET
FENESTRAS·QVAE·IN·PARIETE·PROPTER·EAM·AREAM·SVNT
PARIETEM·OPSTRVITO·ET·PARIETI·QVI·NVNC·EST·PROPTER
35 VIAM·MARGINEM·PERPETVOM·INPONITO·EOSQ·PARIETES
MARGINESQVE·OMNES·QVAE·LITA·NON·ERVNT·CALCE
HARENATO·LITA·POLITAQVE·ET·CALCE·VDA·DEALBATA·RECTE
FACITO·QVOD·OPVS·STRVCTILE·FIET·IN·TERRA·CALCIS
RESTINCTAI·PARTEM·QVARTAM·INDITO·NIVE·MAIOREM

Digitized by Google

40 CAEMENTA·STRVITO·QVAM·QVAE·CAEMENTA·ARDA
PENDAT·P·XV·NIVE·ANGOLARIA·ALTIOREM·:: ℰ FACITO
LOCVMQVE · PVRVM · PRO · EO · OPERE · REDDITO
EIDEM · SACELLA · ARAS · SIGNAQVE · QVAE · IN
CAMPO·SVNT·QVAE·DEMONSTRATA·ERVNT
43 EA·OMNIA·TOLLITO·DEFERTO·COMPONITO
STATVITOQVE·VBEI·LOCVS·DEMONSTRATVS
ERIT·DVVMVIRVM·ARBITRATV
HOC·OPVS·OMNE·FACITO·ARBITRATV·DVO·VIR
ET · DVOVIRATIVM · QVI · IN · CONSILIO · ESSE
50 SOLENT · PVTEOLEIS · DVM · NI · MINVS · VIGINTI
ADSIENT · CVM · EA · RES · CONSVLERETVR · QVOD
EORVM · VIGINTI · IVRATI · PROBAVERINT · PROBVM
ESTO·QVOD·IEIS·INPROBARINT·INPROBVM·ESTO
DIES · OPERIS · K · NOVEMB · PRIMEIS · DIES · PEQVN
55 PARS · DIMIDIA · DABITVR · VBEI · PRAEDIA · SATIS
SVBSIGNATA · ERVNT · ALTERA · PARS · DIMIDIA · SOLVETVR
OPERE · EFFECTO · PROBATOQVE · C · BLOSSIVS · Q · F
HS ∞Ð · IDEM · PRAES · Q · FVFICIVS · Q · F
CN · TETTEIVS · Q · F · C · GRANIVS · C · F · TI · CRASSICIVS

Colonia Puteolos deducta est a. u. c. 560: anno igitur 649, quo haec lex facta, annus erat nonagesimus, sive octogesimus nonus, itemque nonagesimus eius coloniae.

Operum, quae locabantur redemptoribus, leges a magistratibus factae, eaeque a praedibus subsignabantur, quos manceps dabat, qui itidem praes dicebatur, ait Festus pag. 151: quia manceps tam debebat praestare quod promiserat, quam is qui pro eo praes factus esset. Operum Puteolis locatorum lex quae pervenit ad nos secundo loco fuit. In ea praescribuntur quae facere oporteret, scilicet ostium in pariete, qui erat ante aedem Serapi trans viam. Caius Blossius manceps opus se praestaturum promittit sestertiis mille quingentis v. 17. Praedes ab eo dantur Q. Fuficius, Cn. Tetteius, C. Granius, Ti. Crassicius, subsignatque cum his.

Vocabula latina, quibus operis faciundi partes singulae appellantur, quamquam evidentia, ut plurimum, iis qui veterem architectonicam non ignorant, habent tamen hanc difficultatem quod identidem proprio aliquo sensu non vulgari accipienda sint. Haec difficultas facile superabitur posita imagine sub oculis, quod recte Momms. fecit, adhibito artis perito, cui acquiescendum existimo. Schema habes, loco citato, p. 165. Quantitatis signa quae adhibentur in lege sunt. ℰ = semuncia, :· = quadrans, :: = triens, S = semis, S : = bessis, S :· dodrans, :: S = triens, semis, hoc est dextans. Monumentum non ea orthographia litteraturaque est, qua primo pictum

Digitized by Google

sculptumque oportuit. Restitutum aetate augustea servat, *i* supereminens rethoricum et prosodicum, de quo vide grammaticam p. 29. V. 25 lege PORTVLAMQVE pro PORTVLAQVE, v. 34 PARIETE pro PARIETEM, qui errores sunt fabriles hac aetate, sed vestigia fortasse veteris scripturae.

Addam de litteratura huius tabulae Ritschelium scripsisse, docendi causa, quae productae litterae exempla vitiosa essent, quae proba, quae fallacia. V. Mus. Rhen., t. XIV, p. 308 seq.

928. (=568, LXIII, c). — Capuae.

NIVS·L·F A·SEPPIVS·A·F
VS · L · F C·POMPILIVS·C
TIONIVS·C N·RVBRIVS·M·F·
IATIVS·P·F·GA CN · HORIONIVS
S·CN·F·E L·ANNIVS·L·F CN
IVS · M C · OBINIVS C · FLAI
(litt. maior.) CERERVS · M V RM ET
(litt. min.) XII·ALTVM·XXII·FACIVNDVMCOIRAVER
AVIO · C · F · C · MARIO C F · COS u. c. 650.

Descripsi. Hoc anno C. Marius consul fuit iterum, tamen iterationis signum more huius aetatis omissum est.

929. (=569, LXIII, D). — Ad radices Tifatae montis.

M · ANTONIO COS u. c. 655.
A · POSTVMIO
HEISCE · MAG · MVRVM · AB · GRAD
IAD · CALCIDIC ET · CALCIDICVM
ET · PORTIC · ANTE CVLIN · LONG · P
ET · SIGNA · MARMOR · CAST ET · POL
ET · LOC · PRIVAT DE · STIPE · DIAN
EMENDVM CIENDVM
COERAVER

Descripsi. Versu 7 vocabulum partim detritum Pellegrinius dedit ut integrum, COLENDVM, perperam. Danielius legit ··IENDVM non plene, at Momms. mance ··ENDVM. Litterae C in lapide pene integrae certa sunt vestigia, I vero evidenter sculptum. Supple itaque, faciendum, nec audias Ritschelium qui in Enarr. tab. p. 56 hocce supplementum, ait, lacunam capere non videri. Idem errat affirmans nullius ante E certae vestigium litterae superesse: et ea de causa suspicatur olim scriptum cingENDVM vel potius cludENDVM. Certissimum I ostendi amicis et certa litterae C vestigia. V. 6 post P est spatium vacuum in quo signandus erat numerus pedum. V. 10 supplet Momms. E in fine, male, quasi locus esset detritus.

Digitized by Google

930. (=570). — Capuae.

HISCE·MINISTRIS·LARIBVS·FACIENDVM·COE.....

C·TERENTI·C·L·PILOMVS	LVCRIO·TEREN.....	ALEXAND
PILEMO·HELVI·A · S	PILOTAER·HO.....	NESTOR..
HELENVS·HOSTI·Q · S	PILOMVSVS·SEXT·CN·S	NAE...
PILOTAERVS·TERENTI·Q·S	PILEMO·BALONI·BALON	FLAC...
	DIPILVS·SVETI·M·S·IAE·S	NICEPOR

HAEC·PONDERA·ET PAVIMENTVM FACIENDVM ET.....
Q·CAECILIO·Q·F·Q·N·T·DIIDIO·T·F·COs u. c. 636.

Pellegrinius qui edidit v. 8 legit DIIDIO 'sic. V. 6 nota ⟩ revocat litteras IAE·S· ad versum superiorem. Legendum igitur: Pilemo Baloni Baloniae s. V. 2, 3 supple Lucrio Terenti C. s. Pilotaerus Hosti ·Q·s.

931. — In amphora capenate rubrica pictum.

in collo
AR · CER
C · POMIP

in ventre
CN · COR · PLIC
COS

in postica
POL (litt. maior.)

u. c. 657.

Descripsi. Quid lateat in AR · CER nescirem prorsus nisi aliarum amphorarum exempla mihi persuaderent nomen et cognomen vini esse quaerendum. Sic in pompeiana amphora olim legi, edidique: SVRR XXI VESPASIANO · III ET · FILIO · C ⌐S: hoc est: Surrentinum (amphora) XXI. Vespasiano III et filio consulibus; in altera item pompeiana legi CLOLIA VET ĀIIIA P · CLOD · SPERAT SVED · C L · V FELIC: hoc est. Clolianum Vetus amphora tertia P. Clodi Sperati. Suedi Clemens vale feliciter. Minervinius in Eph. Ital., 1862, p. 12, dedit COVM GRAN OF ROMAE · ATERIO FELICI, nempe Coum Granianum. officina Romae. Aterio Feliciter. Puto igitur in amphora capenate olim Arvisium cognomento vel Ceretanum vel Cerrinianum vel simili quo nomine conditum. Arvisium Chii insulae vinum nobile laudat Plinius H. N. VII, 1, alii etiam celebrant. V. 2 legitur pictum C. Pomit: nota gens Pomitina. In aversa parte Pol cui sit referendum non video, nisi sit cognomen Pomitini, vel loci. Consules sunt Cn. Cornelius Lentulus, P. Licinius Crassus.

Digitized by Google

932. (=571, LXV). — In pago Regale agri capuani.

PAGVS · HERCVLANEVS · SCIVIT · A · O · X · TERMINA
CONLEGIVM · SEIVE MAGISTREI IOVEI · COMPAGEI
VTEI · IN · PORTICVM · PAGANAM REFICIENDAM
PECVNIAM · CONSVMERENT · EX LEGE PAGANA
ARBITRATV · CN · LAETORI CN · F · MAGISTREI
PAGEIEI · VTEIQVE · EI CONLEGIO SEIVE MAGISTRI
SVNT · IOVEI COMPAGEI · LOCVS · IN · TEATRO
ESSET · TAMQVA · SEI · SEI LVOOS FECISSENT
L · AVFVSTIVS · L · L · STRATO C · ANTONIVS M L
NICO · CNAVIVS · CN · L · AGATHOCLES C · BLOSSI
M · L · PROTEMVS · M · RAMNIVS · P · L · DIOPANT
T · SVLPICIVS · P · Q · PVL · Q · NOVIVS · Q · L · PROTEM
M · PACCIVS · M · L · PHILEM M · LICCVLEIVS · M L
PHILIN CN HORDEONIVS · CN · L · EVPHEMIO
APOLLIVS PLALEXAND · N · MVNNIVS · N · L ·
ANTIOCVS C COELIO · C · F · CALDO
C · DOMITIO · CN F AHENOBARBO COS a. u. 657.

Descripsi. Magistros, qui sunt Iovei compagei sic interpretatur Momms., approbante Ritschelio, Enarr. tab. p. 58, ut Iovis compagus dicatur, quasi aliquis Genius duorum pagorum communis. At Iovium pro Iove dici non arbitror, neque compagum pro compagano unquam dictum ab antiquis novimus. Magistros pro certo habeo pagi Iovii, qui compagus dicitur, quod esset pago Herculaneo contributus.

933. — Tarracinae in agro reperta (V. tab. II, n. 7).

MENOPIL · ABI · L · S
fulmen
SPECTAVIT
C · VA · M · HER u. c. 661.

Descripsi tesserarum gladiatoriarum vetustissimam, habeoque apud me. Dixi gladiatoriam, nihil enim turbavit Mommseni opinio coniectantis tesseras huiusmodi tales non esse. Cave ne te moveat Borghesii epistola Marchio missa de tessera hac, quam ipse non vidit, et falsam putavit propter verbum *spectavit* integre scriptum. Ita homines sumus. Tesserae nostra aetate inventae loco verbi integre scripti solent praebere initiales SP, raro SPE aut SPECT: at nonnulae ferebantur a maioribus nostris visae, in quibus lectum est, ut in tarracinensi hac nostra, SPECTAVIT. Istas ut falsas reiecerunt qui interpretationem siglarum SP mutuati sunt ab Horatii Flacci

Digitized by Google

trito versu: Spectatum satis et donatum iam rude. At probas illas tesseras sine iusta causa damnari evicit nuper Huebnerus (Revue Archéol. Paris 1867, p. 421, ex ephem. Berol. Monatsbericht), edita tessera sibi visa in Museo Britannico, in qua SPECTAVIT legitur, integre scriptum, cuius sinceritati offuciae nullae adstrui possunt. Quo magis mirandum esset aliquem adhuc in ea opinione versari, atque interpretationem SPECTatus unice veram asserere, ut olim (Bull. Instit. 1871, p. 151), re nondum satis certa.

Menopili tessera narrat quo tempore primum illi locus datus inter spectatores, quod lege non licebat servis, qui gladiatoriam exercebant. Additus tesseris deinde est et mensis et dies.

934. (=578). — In Samothrace insula (ex coniect. Henz.).

CLAVDIO·M·PERPENNA·COS·MENSE·QVINC·MVSTE//IEI a. n. 662.
L·LVVCCEIVS·M·F·LEG·P·LIVIVS·M·L·PVL
M·LVVCCEIVS·M·L·ARTEMIDORVS
Q·HORTENSIVS·M·L·ARCHELAOS

Kyriacus descripsit. Nomina consulum anni 624 redeunt ad annum 662. Teneo, orthographiae causa, magis ad a. 662 pertinere. Muste sunt Mystae, qui in hac secta pIEI appellantur.

Glandes belli marsici.

Post glandes Ennenses, de quibus supra dictum p. 227, quae primae reperiuntur in regione Picena et Aprutia ad bellum sociale putantur pertinere, quod gestum est praecipue a. u. 664, 665, quibus obsessum oppidum Asculum in Piceno captumque. Haec opinio orta est partim ex locis ubi dicuntur glandes repertae, partim ex inscriptionibus, quas ipsae praeseferunt. At experientia didicimus quasdam ex his alibi etiam inventas aliquando fuisse. Florentiae quatuor ex iis, quae inscriptum ferunt, ROMA, nuper vidi apud negotiatorem antiquarium, qui repertas in agro cortonensi affirmavit, seque a Passerinio cortonensi accepisse. Quamobrem non sic temere fidem derogandam Ficoronio puto, quod glandem inscriptam FIR sibi repertam in agro Lavicanorum Quintanensium affirmet. Contra in Aprutio imo et in ripa Truenti narratur inventa glans inscripta MAR/VLT, quam Mommsenius n. 686 ad Caesarem refert, quod is in bello Philippensi Marti Ultori aedem voverit, neque eius numinis antea mentio fiat. Praeterea indidem allata est illa glans quae asservatur in Museo Kircheriano editurque a Mommsenio n. 664 sic inscripta LXXX/VV, et explicari solet legio tricesima Ulpia Victrix, eaque de causa ad Traiani aetatem referri. Ad aetatem

Digitized by Google

multo posteriorem bello marsico pertinent legionum agnomina: tamen leg. VI F, leg. XII Ful, glandes in Piceno et ad Truenti ripam narrantur inventae: nec constat qua alia ratione compendia possint suppleri, nisi per legionem sextam ferratam et duodecimam fulminatam, quae sunt aetatis imperatoriae. Videtur igitur pro certo habendum praeter obsidionales alias etiam glandes reperiri circa ea loca ubi olim obsidiones factae sunt, alibive. Interim cum, quae revera ad Asculum pertinent, nondum satis constet, earum rationem esse habendam duxi, quae in Piceno et ad Truenti ripam inventae traduntur. Falsariorum fraus in nullo alio monumentorum genere magis effingendo se hac nostra aetate exercuit, quam in glandibus bellicis inscriptis. Experientia mea doctus duobus fere millibus examinatis, reiiciendas docui ex illatis in museum neapolitanum quinque et septuaginta, quae a quodam homine asculano dono missa, eodemque vitio laborantes ad mille et quadringentas quae apud March. Car. Stozzium Florentiae vidi, item quas Tomasettius per Institutum Borussicum vulgavit (Bull. 1872, 125-128); eodemque in censu habeo unicam illam a Rossi Scotti perusino editam (Giorn. di Perugia 1859, 65), praeterea illas praegrandes in museo olim Campanae, apud Cardinalem Alterium, aliosque extantes quae feruntur Asculi repertae, in fornace quadam ad eas flandas parata, quam et mihi ostensam memini.

935. (= 644). — In ripa Truenti reperta. Est in Kircheriano.

ROMA

Descripsi. Quatuor ex his nuper repertas in agro cortonensi vidi apud Grazzinium negotiatorem antiquarium Florentiae. Lege Romanorum (nempe funditores).

936. (= 645). — In flumine Truento. Est in museo Kircheriano, et in Neapolitano.

ITAL

Descripsi. Lege Italicorum (nempe funditores).

937. — In Kircheriano. HAI

Descripsi. Lege Hatrianorum.

938. (= 648). — In Piceno. TREPI

939. (= 649). — Asculi reperta. Est in Kircheriano.

FERI

Descripsi. Hostes persequentes Romani hoc, feri, saepe succlamabant se invicem cohortantes. Plut. in Marcello, 8: Ἐν ταῖς μάχαις ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους, πυκνὸν τὸ φέρι, τουτέστι παῖε παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις. Locum citavit dudum Melchior Delficus (Delle antiche ghiande missili, Napoli, 1826, p. 8).

Digitized by Google

940. (=650). — In Truenti ripa. Est in Kircheriano, et in museo Neapolitano.

FERI
ΓOMΓ

Descripsi. Momms. legit: feri pompeianos. Nugae merae sunt quae dicuntur ab Erolio in Eph. Instit. 1864, p. 82, de omaso, et omnino paria his quae olim prolixe disseruit Odericius de omano.

941. (=651). — In Kircheriano.

FRI · PISA

Descripsi. Male excepta est a De Minicis PICA pro PISA et ad Picentes relata. Fortasse legendum Feri Pisaurenses.

942. — In Piceno.

FERI
ΓOMΓ

Vidi Neapoli apud negotiatorem antiquarium. Do ex Melchiorre Delfico in quo plenius legitur ROMA (Delle ant. ghiande missili di piombo, Napoli, 1826, p. 8).

943. (=646). — Prope Asculum. Est in Kircheriano.

SER
VI
ΛTIRЭЭ

Descripsi. Ad bellum sociorum refert Momms. opinatus socios rebelles militari acerbitate dici potuisse servos fugitivosque ut in insequenti glande.

944. (=647). — Prope Asculum in Truento flumine.

FVGITIVI
PERISTIS

Vidit Gronovius, Oudentorpio teste in notis ad Front. Stratag. III, 13, 7. Lipsius aere incidit, Polior. 1596, L. V, 3.

945. (=652). — In ripa Truenti, ad ripam Vibratae, Pompeis et prope Labicum. Est in museo Neapolitano, in Kircheriano, apud me duobus exemplis.

FIR

Descripsi. Legebatur male ETR, FTR. Nuper duo exempla vidi Florentiae apud March. Car. Strozzium, totidem ego emi Romae: in harum

Digitized by Google

una clare legitur FIIR. Ficoronio inscripta glans FIR reperta prope Labicum quintanensium sive ad turrim delle Marmore (Mem. di Labico, p. 83). Ad ripam Vibratae fere passuum millibus ab Asculo reperit Baro de Guidobaldis: Pompeiis etiam reperta vel Herculani, et numerata in Catalogo 11437 inter aerea, quae servantur prope locum ubi collecta monumenta aevi medii. PIR pro FIR dedit De Minicis (ghiande missili, p. 20, n. 79) ex Rubbio, Dizion. d'antichità, v. Ghiande. Firmo missa interpretatur Momms. Mihi placet Firmanorum collato Asclanorum.

946. (=653). — Prope Asculum. Est in Kircheriano.

ASCLARO
NON

Descripsi. Barbaro sermone Asclaronon videtur scriptum pro Asclanoron graeca declinatione *on* pro *um* posita.

947. (=654). — Prope Asculum in flumine Truento, item in museo Neapolitano ex santangelianis, item in Kircheriano.

GAL

Descripsi. Galli Romanis adfuisse traduntur (Appian. bell. civ. I, 43): item Italicis (id. ibid. I, 50). Lege Gallorum.

948. (=655). — In Aprutio.

L·GAL

Non vidi. Si legio Gallica haec est, ait Momms., non e mercenariis constitit, sed e civibus romanis aut italicis in Gallia cisalpina conscriptis.

949. (=656). — In Piceno reperta. Est in Kircheriano.

L·Π ITAL

Descripsi.

950. (=657). — Firmi reperta.

LEG · QVAR

Romae vidi glandem inscriptam sic LEGO, fortasse legio quarta.

951. — In Kircheriano.



Digitized by Google

Descripsi. Lege: T. Eprius vel Etrius primus pilus legionis IIII, ubi non QVARtae ut supra n. 950 sed numero scriptum videmus. Est vero exemplum ad instar scripturae bustrophedon dictae.

952. (=658). — Ad ripam Truenti. Est in Kircheriano.

L · VI
VOL

Descripsi. Volonum legiones Voluntariorumque, ait Momms., proprie servorum sunt, qui sua sponte militiae se obtulerunt. Servorum legio memoratur a Mario conscripta. In bello sociali primum libertini militare coeperunt (Liv. Ep. 74, App. b. c. I, 49).

953. — In Kircheriano.

L//VI
VOLV

Descripsi. Est haec certe legio Voluntariorum.

954. (=659). — In Piceno.

LEG
VIF

Legionum agnomina, ait Momms., ad hanc aetatem non pertinent, sed ad multo posteriorem.

955. (=667). — In Piceno litteris alte incisis.

VIII
И

Delineatam dedit Delficus. Litterae И forma est *n* Etruscorum propria et fortasse etrusca est glans legenda versis litteris IIIΛ И.

956. (=669). — In Piceno. Est in Kircheriano.

LEG IX

Descripsi. Litterae insculptae sunt, non extantes. Male De Minicis legit LCLIX: et tamen recte legionem nonam effecit.

957. — In museo Neapolitano.

LEG X

Descripsi.

Digitized by Google

958. — Ex santangelianis in museo Neapolitano.

XI

Descripsi. Numerus sit ne hoc pacto legendus, an litteris inversis IX, definiri non potest.

959. — Neapoli in museo.

LX · I

Descripsi.

960. — In ripa Vibratae.

XII

Descripsi apud Baron. de Guidobaldis. Perusinam, quod ex Dodwellianis sit, putat Momms. n. 699.

961. (= 660). — In ripa Truenti. Extat in Kircheriano.

L XII
FVL

Descripsi.

962. (= 661). — Asculi reperta. Est et in museo Neapolitano, Santangeliano et in Kircheriano.

L · XV

Duas eiusmodi attulit ad me Fortnum homo anglus, Perusiae emptas. Ibidem etiam nactus alias duas hac epigraphe, sed pondere unciarum trium cum primae duae pendeant uncias duas.

963. — Perusiae litteris incisis.

XV

Descripsi allatam ad me a Fortnumio. Delficus in glande quam delineatam edidit, putavit legi LEG. XV: sed est potius LEG. XX.

964. — In museo Neapolitano duobus exemplis.

LEG XV

965. — Neapoli apud negotiatorem antiquarium.

L · XVII in postica VENIA

Descripsi edidique in Eph. Instit. 1866, 28. Huius in glandis postica, quae vox legitur VENIA, litteris est alte incisis.

Digitized by Google

966. (= 662). — In Aprutio reperta. Est et in Kircheriano.

LEG XVII/
FIR

Descripsi. Putat Momms. legendum LEG · XVII · FL · FIR · Nihil minus. Lectio certa est. Puto legionem esse firmanam eodem pacto appellatam, quo legio XX Mutinensis aliaeque Sorana, Sabina etc. dictae.

967. (= 663). — In Piceno.

LEG · XX

Editam habes duplici exemplo a Delfico, qui testatus est in Piceno et in vicinis Asculo locis inventam.

968. (= 665 et pag. 559). — In Piceno. Ex santangelianis musei Neapolitani.

EM
MALVM
' ΛAL

Descripsi. Legebatur MII MALVIM. Kiesslingus legit EMΓ MALVAM MAL. Puto: Em, mālum mălum.

969. (= 666). — In Piceno litteris incisis.

LA

Dedit Delficus (*Delle ant. ghiande* tab. 5). Similem vidi in museo santangeliano at litteris extantibus LΛ et parte aversa ex anaglypho pugionem ferentem. Glandem etiam non scriptam pugione insculptam dedit Delficus in tab. n. 6. Puto non recte. Quae lineae duae decussatae et satis crassae apparent aliquando in aversa glande funiculos seu ῥάβδους repraesentare constat, collatis glandibus musei Kircheriani aliisque. Sunt vero hi funiculi fundarum alii alios scandentes ita ut plagulas et maculas scutulasque efficiant: quapropter fundae in medio, quod est reticulatum, scutale vocant. Falsarii qui id non intellexerunt, vel Delfici ectypon transtulerunt, pro plagularum funiculis, gladios et pugiones dant.

970. — In museo Kircheriano.

OΛKO

Descripsi. Legeram OCIKO, nempe οσικο, at secundis curis littera Λ visa est potius graecum Π quam σι. Fertur item alia glans (= 674) sic inscripta: ⅂AϟΩ. Puto male descriptam. OΠKO est genitivus pluralis pro Opicom nempe Opicorum. Opicus vero in omnibus fere antiquis commentariis scribi pro Obsco testatur Festus p. 189.

Digitized by Google

971. — In museo Neapolitano et in Kircheriano.

OΓERGI

Descripsi. Alterum exemplum musei Kircheriani pleniorem lectionem dat OΓERGIV. Ridiculi causa dicam Mommsenum sustulisse manus, plausumque dedisse Rocchio legenti supplentive citO PERGE. Legebatur olim Opitergium, litteris ITE nexis.

972. (= 668). — Prope Firmum.

SPF

973. (= 671). — In Piceno reperta. Est in Kircheriano.

VEL

Descripsi.

974. (= 672). — In Piceno reperta. Est in Kircheriano.

AR

975. (= 673). — Inter aprutinas.

AM//

Pleniorem aut similem insequentem vide.

976. — In Kircheriano.

A · ML
ITASIU
U · R' ATIΓ

Descripsi. V. 2 et 3 fortasse: Ita(l)ici p(e)riatis.

977. — In museo Neapolitano.

AX

Descripsi.

978. — In museo Neapolitano.

POL III

Descripsi. Penultimae litterae superior pars incertum, habeat ne transversam lineam, legendumque sit Politi, aliterve.

Digitized by Google

979. (= 582). — Romae, via ostiensi.

(litt. maior.) SERGIVS · M · F
VEL·MENA
(litt. maior.) SERGIVS·C·F·VEL
QVOM·Q·CAEPIONE
PROELIO·EST·OCCISVS u. c. 664.
C·SERGIVS
C·SERGIVS

Q. Servilius Caepio bello marsico occisus est a Marsorum duce Pompaedio (App. B. civ. I, 44).

980. (= 559. — Caleni prope vicum Palacium pictum tectorio castelli aquae.

L·CORNELIO
CINNA COS ITER u. 668.
PVRGATVM
MENSEIN

Descripsi. V. 3, 4. In monogrammate inferius imminuto facile suppletur linea iacens, quae reddat litteram E. Quare interpretandum putavi: (Castellum) purgatum mense interkalare. Interpretationem secutus est Ritschelius, otio a me, ut ait, sibi facto, deinde Huebnerus. Baro de Guidobaldis aliam sententiam tenuit, opinatus legendum, mense intrante (vide quae adnotavi in Ephem. Neap. Minervinii, a. 1862, p. 165): aliam Momms. in add. p. 559, sibi videri magis testatus latere IANVAR in illa litterarum contignatione. C. Marius Cinnae collega obiit in magistratu mense ianuario die 13: eam ob causam Cinnam solum citavit scriptor tituli mense interkalare, nempe post februarium.

981. — In eodem specu: PVRG
DIODOR
IDEM

Legi: Purgavit Diodorus idem.

982. (= 717). — Romae, tessera gladiatoria.

COCERO
FAFINI
SP·A·D·III·N·OC
L·CIN·CN·P u. c. 669.

Cocero Fafini servus spectavit, h. e. spectaculo inter spectatores interfuit primum, ante diem III nonas octobres L. Cornelio Cinna Cneo Papirio Carbone consulibus.

Digitized by Google

983. (=583). — In agro pisaurensi: inde Fanum relatus.

M·TERENTIVS·M·F
VARRO·LVCVLLVS
PRO·PR·TERMINOS — u. c. 672-73.
RESTITVENDOS
EX·S·C·COERAVIT
QVA·P·LICINIVS
AP·CLAVDIVS
C·CRACCVS·IIIVIR
A·D·A·I STATVERVNT

Triumviri agris dandis attribuendis iudicandis terminos statuerunt in agro publico populi romani territorii pisaurensis a. 622/3. Varro terminos restituit ex senatus consulto cum esset propraetore, sive id factum dicas anno 679, seu 680: haec est Borghesii sententia. Momms. putat a. 672 Varronem nondum gestis magistratibus pro magistratu functum praetorio, non eo tamen sensu quo magistratus provinciarum accipi solet, sed utpote qui praeesset exercitui. Agrum vero gallicum Italiae adiectum a Sulla a. 673, finesque ab Aesi ad Rubiconem prolatos.

984. (=584, LXIX, A). — Romae, nunc in museo neapolitano.

L·CORNELIO·L·F — a. u. 672-75.
SVLLAE FELICI
DICTATORI
VICVS·LACI·FVND

Charta expressi. Sulla dictaturam exercuit ab a. 672 ad a. 675. Lacus Fundani nomen vici urbis Romae Mommsenio videtur fuisse, collata epigraphe item romana M. Claudii Prisci redemptoris a laco Fundani (Or. 7272). In DICTATORI *i* fallaci specie longum videri, ait Ritschelius, Enarr. tab. p. 60, idque se monuisse in Mus. Rhen. t. XIV, p. 299, sq. 307.

985. (=585, pag. 559). — Traiecti ad os cisternae in claustro S. Francisci.

L.·CORNELIO·L·F
SVLLAE·FELEICI — a. u. 672-75.
DICTATORI
LIBERTINI

Libertinos huius tituli auctores eos esse autumat Momms., quos Sulla manumisit (App. b. c. 1, 100): lapidem vero ab urbe Roma Traiectum ad Lirim advectum.

Digitized by Google

986. (= 586, LXIX, B). — Clusii.

L·CORNELIO·L·
SVLLAE FEELICI
DIC

Post Sullae victoriam de Mario Clusini statuam dedicasse Mommsenio videntur, ut iras victoris declinarent; nam Mariani Clusium sedem belli habuerunt (App. b. c. 1, 89).

987. — Albae in Marsis.

L·CORNELIO·L·F·SVLL
FELICI · DICTATO
PVBLICE // IATVTA

Edidit Io. Fr. Ciprianus, qui recte v. 3 supplevit, publice statuta. Confer titulum L. Poplilio a Ferentinatibus positum n. 1515.

988. (= 202, XXIX). — Romae olim reperta tabula, nunc in Museo Neapolitano. Legis Corneliae rubrica de viginti quaestoribus.

VIII DE XX Q.
(litt. maior.) PRINCIPIVM·FVIT·PRO·TRIBV
(pag. 1)
Q·VRB·QVEI AERARIVM·PROVINCIAM·OPTINEBIT·EAM
MERCEDEM·DEFERTO·QVAESTORQVE·QVEI·AERARIVM·PROVINCIAM
OPTINEBIT·EAM·PEQVNIAM·EI·SCRIBAE·SCRIBEIS QVE HEREDIVE
EIVS·SOLVITO·ID·QVE·EI·SINE·FRAVDE·SVA·FACERE·LICETO·QVOD
5 SINE·MALO·PEQVLATVV·FIAT·OLLEISQVE HOMINIBVS EAM
PEQVNIAM·CAPERE·LICETO
COS·QVEI·NVNC·SVNT·IEI·ANTE·K·DECEMBREIS·PRIMAS·DE·EIS·QVEI
CIVES·ROMANEI·SVNT·VIATOREM·VNVM·LEGVNTO·QVEI·IN
EA·DECVRIA·VIATOR APPAREAT·QVAM·DECVRIAM·VIATORVM
10 EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·PRIMEIS·QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM
APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT·EIDEMQVE·COS·ANTE·K·DECEMBR
PRIMAS·DE·EIS·QVEI·CIVES·ROMANEI·SVNT·PRECONEM·VNVM
LEGVNTO·QVEI·IN·EA·DECVRIA·PRAECO·APPAREAT·QVAM
DECVRIAM·PRAECONVM·EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·PRIMEIS
15 QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM·APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT
DEINDE·EIDEM·CONSVL·ANTE·K·DECEMBREIS·PRIMAS·VIATOREM
VNVM·LEGVNTO·QVEI·IN·EA·DECVRIA·VIATOR·APPAREAT·QVAM
DECVRIAM·VIATORVM·EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·SECVNDEIS
QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM·APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT

Digitized by Google

20 EIDEMQVE·COS·ANTE·K·DECEMBREIS·PRIMAS·PRAECONEM
VNVM·LEGVNTO·QVEI·IN·EA·DECVRIA·PRAECO·APPAREAT·QVAM
DECVRIAM·PRAECONVM·EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·SECVNDEIS
QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM·APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT
DEINDE·EIDEM·COS·ANTE·K·DECEMBREIS·PRIMAS·VIATOREM
25 VNVM·LEGVNTO·QVEI·IN·EA·DECVRIA·VIATOR·APPAREAT
QVAM·DECVRIAM·VIATORVM·EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·TERTIEIS
QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM·APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT
EIDEMQVE·COS·ANTE·K·DECEMBREIS·PRIMAS·PRAECONEM
VNVM·LEGVNTO·QVEI·IN·EA·DECVRIA·PRAECO·APPAREAT·QVAM
30 DECVRIAM·PRAECONVM·EX·NONEIS·DECEMBRIBVS·TERTIEIS
QVAESTORIBVS·AD·AERARIVM·APPARERE·OPORTET·OPORTEBIT
EOSQVE·VIATORES·EOSQVE·PRAECONES·OMNEIS·QVOS·EO
ORDINE·DIGNOS·ARBITRABVNTVR·LEGVNTO·QVAM·IN·QVISQVE
DECVRIAM·ITA·VIATOR·LECTVS·ERIT·IS·IN·EA·DECVRIA·VIATOR
35 ESTO·ITEM·VTEI·CETEREI·EIVS·DECVRIAE·VIATORES·ERVNT
QVAMQVE·IN·QVISQVE·DECVRIAM·ITA·PRAECO·LECTVS·ERIT
IS·IN·EA·DECVRIA·PRAECO·ESTO·ITA·VTEI·CETEREI·EIVS·DECVRIAE
PRAECONES·ERVNT·SIREMPSQVE·EIS·VIATORIBVS·DEQVE
EIS·VIATORIBVS·Q·OMNIVM·RERVM·IVVS·LEXQVE·ESTO·QVASEI
40 SEI·EI·VIATORES·IN·EAM·DECVRIAM·IN·TRIBVS·VIATORIBVS
ANTEA·LECTEI·SVBLECTEI·ESSENT·QVAM·IN·QVISQVE·DECVRIAM

(pag. 2)

1 EORVM·EX·HAC·LEGE·VIATOR·LECTVS·ERIT·SIREMPSQVE·EIS
PRAECONIBVS·DEQVE·EIS·PRAECONIBVS·QVAESTORI·OMNIVM
RERVM·IVVS·LEXQVE·ESTO·QVASEI·SEI·EI·PRAECONES·IN·EAM
DECVRIAM·IN·TRIBVS·PRAECONIBVS·ANTEA·LECTEI·SVBLECTEI
5 ESSENT·QVAM·IN·QVISQVE·DECVRIAM·EORVM·EX·HAC·LEGE
PRAECO·LECTVS·ERIT
QVOS·QVOMQVE·QVAESTORES·EX·LEGE·PLEBEIVE·SCITO·VIATORES
LEGERE·SVBLEGERE·OPORTEBIT·EI·QVAESTORES·EO·IVRE·EA·LEGE
VIATORES·IIII·LEGVNTO·SVBLEGVNTO·QVO·IVRE·QVA·LEGE·Q
10 QVEI·NVNC·SVNT·VIATORES·III·LEGERVNT·SVBLEGERVNT·QVOSQVE
QVOMQVE·QVAESTORES·EX·LEGE·PLEBEI·VE·SCITO·PRAECONES·LEGERE
SVBLEGERE·OPORTEBIT·EI·QVAESTORES·EO·IVRE·EA·LEGE·PRAECONES
IIII·LEGVNTO·SVBLEGVNTO·QVO·IVRE·QVA·LEGE·QVAESTORES·QVEI
NVNC·SVNT·PRAECONES·III·LEGERVNT·SVBLEGERVNT·DVM·NIQVEM
15 IN·EIS·VIATORIBVS·PRAECONIBVS·LEGVNDEIS·SVBLEGVNDEIS·IN·EIVS
VIATORIS·PRAECONIS·LOCVM·VIATOREM·PRAECONEM·LEGANT
SVBLEGANT·QVOIVS·IN·LOCVM·PER LEGES·PLEBEIVE·SCITA·VIATOREM
PRAECONEM·LEGEI·SVB·LEGI·NON·LICEBIT·ITA·QVE·DE·EIS·QVATTVOR
VIATORIBVS·QVAESTOR·QVEIQVOMQVE·ERIT·VIATORES·SVMITO

Digitized by Google

20 HABETO·VTEI·ANTE·HANC·LEGEM·ROGATAM·DE·TRIBVS·VIATORIBVS
VIATORES·HABERE·SVMERE·SOLITEI·SVNT·ITAQVE·DE·EIS·QVATTVOR
PRAECONIBVS·QVAESTOR·QVEIQVOMQVE·ERIT·PRAECONES·SVMITO
HABETO·VTEI·ANTE·HANC·LEGEM·ROGATAM·DE·TRIBVS·PRAECONIBVS
PRAECONES·HABERE·SVMERE·SOLITEI·SVNT·ITEMQVE·EIS·VIATORIBVS
25 PRAECONIBVS·QVEI·EX·HAC·LEGE·LECTEI·ERVNT·VICARIVM·DARE
SVBDERE·IVS·ESTO·LICETOQVE·VTEI·CETEREIS·VIATORIBVS·PRAECONIBVS
QVA·IN·QVISQVE·DECVRIA·EST·VICARIVM·DARE·SVBDERE·IVVS·ERIT
LICEBITQVE·ITEMQVE·QVAESTOR·AB·EIS·VICARIOS·ACCIPIVNTO
VTEI·AACETEREIS·VIATORIBVS·PRAECONIBVS·VICARIOS·ACCIPEI
30 OPORTEBIT
VIATORES·PRAECONES·QVEI·EX·HAC·LEGE·LECTEI·SVBLECTEI·ERVNT
EIS·VIATORIBVS·PRAECONIBVS·MAGISTRATVS·PRO·VE·MAG
MERCEDIS·ITEM·TANTVNDEM·DATO·QVANTVM·EI·VIATOR
PRAECONEI·DAREI·OPORTERET·SEI·IS·VIATOR·DE·TRIBVS
35 VIATORIBVS·ISQVE·PRAECO·DE·TRIBVS·PRAECONIBVS·ESSET
QVEI·ANTE·HANC·LEGEM·ROGATAM·VTEI·LEGERENTVR
INSTITVTEI·SVNT
QVAS·IN·DECVRIAS·VIATORVM·PRAECONVM·CONSVL·EX·HAC
LEGE·VIATORES·PRAECONES·LEGERIT·QVORVM·VIATORVM
40 PRAECONVM·NOMINA·IN·EIS·DECVRIÈIS·AD·AEDEM·SATVRNI
IN·PARIETE·INTRA·CAVIAS·PROXVME·ANTE·HANC·LEGEM

Tabulam habes octavam legis Sullanae latae anno fere 673, qua XX quaestores creati, senatui supplendo, cui iudicia Sulla tradiderat (Tacit., Ann. II, 22). Principium, hoc est, praerogativa fuit tribus aliqua, pro tribu vero aliquis scivit: hoc enim comitiis tributis proprium fuit. Lex est, quam populus iubet comitiis patriciis, dictatore, consule, vel praetore rogante; plebiscitum, quod tribunus plebis, hoc est plebeius magistratus, fert ad tribus XXXV. — 2, 41. CAVIAS pro CAVLAS errore fabrili scriptum legitur.

989. (= 587, LXXVII, B). — Romae repertus in aedibus Barberinis.

(litt. maior.)
POPVLVS · LAODICENSIS · AF · LYCO
POPVLVM · ROMANVM · QVEI · SIBEI
SALVTEI·FVIT·BENIFICI·ERGO·QVAE·SIBEI
BENIGNE·FECIT
Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ·ΤΩΝ ΠΡΟΣ
ΤΩΙ ΛΥΚΩΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ
S ΡΩΜΑΙΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΕΑΥΤΩΙ
ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ
N ΤΗΣ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ
IN

Digitized by Google

Fuit Laodicea ad Lycum tribus contermina provinciis, Phrygiae, Cariae, Lydiae. Obsidionem a Mithridate Eupatoris filio passa a. u. 666, testatur hoc monumento populum romanum sibi saluti fuisse.

990. (= 588, LXXII, λ). — Titulus Romae in aedibus Barberinis repertus.

ΡΟΡVLVS · EPHESIVS
SALVTIS · ERGO · QVOD · C
SOVOM · LEIBERTATEM · I
LEGATEI · HERACLITVS · H
HERMOCRATES · DEM

Belli Mithridatici initio Ephesii statuis Romanorum eversis et trucidatis Italicis se Regi dediderunt (App. Mithrid. 21, 61, 23). At anno 668 praefectum eius Zenobium receptum intra moenia necaverunt inermem (App. 48, Oros. 6, 2). Hanc ob causam, ait Momms., a Sulla pristinam libertatem adepti sunt, idque hoc monumento testantur.

991. — In columna reperta ad lacum nemorensem.

In abaco capituli.

(litt. maior.) C·SALLVIO·C·F·NASONI·LEG·PR·PR·

In ipsa columna.

MYSEI · AB // AITAE · ET · EPICT //////S
QVOD·EOS·BELLO·MITRHIDA // S
CONSERVAVIT · VIRTVTIS · ERGO
Γ//ΙΩΙΞΑΛΛΟΥΙΩΙ ΓΑΙΟΥ ΥΙΩΙ ΝΑΞΩΝΙ
ΠΡΕΞΒΕΥΤΗ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΩΙ ΜΥΣΟΙ
ΑΒΒΑΙΕΙΤΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙΚΤΗΤΕΙΣ ΟΤΙ ΑΥΤΟΥΣ
ΕΝ ΤΩΙ ΠΟΛΕΜΩ ΤΩΙ ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥΣ
ΔΙΕΤΗΡΗΣΕΝ ΑΝΔΡΗΑΣ ΕΝΕΚΕΝ

Descripsi. Dedit Henzenius (Bull. Instit. 1871, p. 55), qui v. 3 legit MITRHIDA. . S. Idem notavit Abbaitas a Strabone p. 625 c in Mysia memorari, regionemque Epicteton Phrygiae attribui solitam. Locum Strabonis est: τὰ δὲ προσάρκτια τῷ Περγάμῳ τὰ πλεῖστα ὑπὸ Μυσῶν ἔχεται τὰ ἐν δεξιᾷ τῶν Ἀβ(β)αειτῶν λεγομένων· οἷς συνάπτει ἡ Ἐπίκτητος μεχρὶ Βιθυνίας. His igitur populis Salluvius Naso, cum bello Mithridatico legatus pro praetore esset, virtute sua saluti fuit. In graeca epigraphe, quae Romae sculpta est, nota ΑΝΔΡΗΑΣ pro ΑΝΔΡΙΑΣ, in latina MITRHIDAtiS pro MITHRIDAtiS. SALLVIO scribitur omissa u consonante ut PACVIO pro PACVVIO, de qua orthographia vide quae dixi p. 24.

Digitized by Google

992. (=718, III, II). — Tessera Romae reperta, inde illata in museum monacense.

BATO
ATTALENI
SP·A·D·IV·N·MAR
L·SVL·Q·ME u. 674.

Consules sunt L. Cornelius Sulla II, Q. Caecilius Metellus Pius. Bato Attaleni servus spectavit ad diem quartum nonas martias.

993. (=589). — Romae basis marmorea quadrata olim in Capitolio.

MVNI·RESTITVTEI·IN·MAIORVM·LEIBER
_ ROMA·IOVEI·CAPITOLINO·ET·POPLO·ROMANO·V
BENIVOLENTIAE·BENIFICIQVE·CAVSA·ERGA·LVCIOS·AB·COMV

ΛΥΚΙΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΚΟΜΙΞΑΜΕΝΟΝ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΟΝ ΔΗΜΟ ΚΡΑΤΙΑΝ ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ ΔΙΙ ΚΑΠΙΤΩΛΙΝΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΡΕΤΗΞ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΞ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΞΙΑΞ ΤΗΞ ΕΙΞ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΟ ΛΥΚΙΩΝ

Huius tituli duplex fertur descriptio; altera Pighii, Sirmondi altera, quibus usus est Mommsenius. Tertiam accuratissimam praestantioremque ceteris dabo ex schedis quibusdam Castellini Zarattini, quas emi Parisiis. In primis nobilis hic descriptor notat, quod ceteri omittunt, latinum textum rudiore esse manu, graecum vero charactere exactissimo. Deinde pro Sirmondi lectione ::COMMVNI RESTITVTO, cui malo alite accessit Mommsenius, quaeque non procedit, ut statim dicam, optimam praebet, eamque ut revera est imminutam initio .. MVNI·RESTITVTEI. Secundo versu ante ROMA meae schedae unice notant litterae partem, quae videtur fuisse E: unde supplemento quod daturus sum vis omnis et probabilitas accedit.

Lycia, ait Franzius, a Romanis subacto Antiocho, cesserat Rhodiis (Liv. XXXVII, 55, 56; XXXVIII, 39), qui crudeliter habuerunt, belloque vexaverunt (Liv. XLI, 6, 25). Quamobrem Romani ex senatus consulto Lycios liberos esse (nempe a Rhodiis) iusserunt, praefectis Rhodiorum ex ea deductis a. u. 586. Franzii opinionem iure improbat Mommsenius, propterea quod iis libertas data est a Sulla post bellum Mithridaticum. Quod manifestum est Lyciis fatentibus sibi maiorum suorum libertatem esse restitutam, hoc est antiquam rei publicae formam, *τὴν πατρίαν δημοκρατίαν*, qua Antiochi aetate, Rhodiis deductis, non esse assecutos testatur Appianus (B. Mithrid. 62), eo argumento, scilicet, quod Romani Rhodiis eos attribuerint, ab iisque deduxerint, narrante Sulla in contione Ephesi: *Λυκίους αἰτιωμένους τι Ῥωδίων ἀπετήσαμεν*. Lycios Sulla cum aliis nonnullis populis liberos esse iussit et socios: *ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους* (App. B. Mithrid. 61).

Donum Lycii in Capitolio ut ponerent a senatu impetraverunt, quod et Astypalaeenses et Prienenses (S. C. de Asclepiade Clazomenio), et Alaban-

Digitized by Google

denses praestiterunt, quos Livius narrat a senatu petiisse ut donum ponere in Capitolio et sacrificare liceret (XLIII, 16).

V. 1. Quomodo restituendus sit hic locus discimus collato v. 3 cum graeca scriptura. Quod enim latine est LVCIOS AB COMVni, id graece ΛΥΚΙΩΝ ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ. Igitur primo loco reponendum (Lucii ab co)muni; *m* vero simplici non duplici scribemus, comuni, ut secundo loco exhibetur, reiiciemusque ·:: COMMVNI, quod recepit Mommsenius ex Sirmondo, omisso tamen signo lapidis illo loco imminuti. Praeterea reiiciemus RESTITVTO, ne supprimatur absurde casus rectus, recipiemusque optimam lectionem RESTITVTEI. V. 2. Supple ab urbE ROMA; graece: Κομισάμενον τὴν πατρίαν δημοκρατίαν τὴν Ῥώμην.

994. (=590, XVII, 22). — Pompeiis graphio scriptum in tectorio.

C·PVMIDIVS DIPILVS HEIC FVIT
AD V NONAS·OCTOBREIS M LEPID Q CATVL COS u. c. 676.

Descripsi et delineatum edidi (Graff. di Pompei III, 1). Ritschelius ex tabula mea expressit.

995. (= 203, XXX). — Tabula aenea Romae reperta, nunc Neapoli in museo. Fragmentum Senatus consulti de Asclepiade, Polystrato, Menisco, in amicorum formulam referendis. a. 676.

1 quaeque hereditates EIS LEIBERISVE EORum obvenerunt
seive quid AB EIS LEIBEREIS POSTEREIS VXoribusve
velint iudiCIO CERTARE SEIVE APVD MAGISTRATVs nostros
NI·VBEI VELINT VTEI IBEI IVDICIVM DE EIS REBVS FIAT SEIQVA
5 in integrum restituANTVR ET DE INTEGRO IVDICIVM EX S·C·
FIAT SEI QVAS PECVNIAS
magistratuS NOSTRI QVEIQVOMQVE ASIAM EVBOEAM LOCABVNT VECTIGALVE ASIAE
Q. Lutatius M. AEMILIVS COS·A·A·S·E·V·EOS IN AMEICORVM FORMVLAM REFERVNDOS CVRARENT EISque
sacrificiumque FACERE LICERET MVNVSQVE EIS EXFORMVLA LOCVM LAVTIAQVE Q VRB eIS LOCARE MITTEREQue iVBErent
mittERE legateiVE VENEIRE VELLENT VTI eIS LEIBEREIS POSTEREISQVE EORVM LEGATOS VENIRE MITTERE QVE LICERET VTEIQue
10 SEIVE LITTERAS AD MAGISTRATVS NOSTROS QVEI ASIAM MACEDONIAM PROVINCIAS OPTINENT ET AD MAGISTRATVS EORVM MITTAnt
AEQVOM CENSERE EA ITA FIEREI I·V·E·E·R·P·F·S·V·C

Digitized by Google

1 (= 16) ὅσαι τε κληρονομίαι αὐτοῖς ἢ τοῖς τέκνοις αὐτῶν παρεγένοντο...
(= 17) ὅσα τε ἂν αὐτοὶ τέκνα ἔκγονοι γυναῖκες τε αὐτῶν
(= 19) βούλωνται κρίνεσθαι ἢ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων
(= 20) οὗ ἂν προαιρῶνται ὅπως ἐκεῖ τὸ κρητήριον περὶ τούτων τῶν πραγμάτων γίνηται εἴ τινα κριτήρια
5 (= 21-22) εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῇ καὶ ἐξ ἀκεραίου κριτήριον κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα γένηται· εἴ τι(ν)α χρήματα
(= 23) ἄρχοντες ἡμέτεροι οἵτινες ἄν ποτε Ἀσίαν Εὔβοιαν μισθῶσιν ἢ προσόδους Ἀσίᾳ
(= 24-25) Κοΐντος Λυτάτιος Μάρκος Αἰμίλιος ὕπατοι ὁ ἕτερος ἢ ἀμφότεροι ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται τούτους εἰς τὸ τῶν φίλων διάταγμα ἀνενεχθ(ῆ-) | ναι φροντίσωσιν τούτοις τε
(= 26-27) θυσίαν τε ποιῆσαι ἐξ(ῇ) ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάτα | γμα τόπον παροχήν τε τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι ἀποστ(εῖ)λαί τε κελεύσωσιν·
(= 27-28) ἀποστέλλειν αὐτοίτε παραγίνεσθαι προαιρῶνται ὅπως αὐτοῖς τέκνοις ἐκγόνοις τε αὐτῶν | πρεσβευταῖς παραγίνεσθαι καὶ ἀποστέ(λ)λειν τε ἐξῇ ὅπως τε
10 (= 29-30) ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται γράμματα πρὸς τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους οἵτινες Ἀσίαν Μακεδονίαν ἐπαρχείας (δ)ιακατέχουσιν | καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἀποστείλωσιν
(= 30-31) δίκαιον ἡγεισθαι ταῦτα οὕτω γίνεσθαι | οὕτως ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φα(ί)νηται ἔδοξεν.

Contuli. In aereae tabulae fragmento quod restat, integrum senatus consultum graeco sermone perscriptum est. Ex eo id retuli, quod ad rem nostram facit, nempe quantum latino sermone conceptum superest. Litterae singulares latini textus explicantur collata graeca interpretatione, v. 7 Alter Ambove Si Eis Videbitur; v. 11 Ita Vti Eis E Re Publica Fideque Sua Videatur. Censuere. Asclepiades Clazomenius, Polystratus Carystius, Meniscus Milesius, in amicorum populi romani formulam hoc senatus consulto relati sunt, quod aeri incisum fixo ad aedem Fidei prope Capitolinum Iovem stetit. In graeca versione, v. 4, KPHTHPION pro KPITHPION positum est.

996. (= 719). — Tessera Romae reperta, nunc Londini in museo.

DIOCLES
LONGIDI
SP·K·SEP u. c. 678.
CN·OCT·C·CVR

Consules sunt Cn. Octavius M. f. C. Scribonius C. f. Curio.

Digitized by Google

997. (=717, XII, a). — Parmae ex figlinis Veleiatibus.

COS
CN OC·C·SC
C·M

Lege: Consulibus Cn. Octavio C. Scribonio Curione.

998. (=778). — Ex figlinis Veleiatibus.

COS
L·OC·C·COT
C·M

u. 679.

Consules fuere L. Octavius Cn. f. C. Aurelius M. f. Cotta.

999. (=591, LXIX, c). Romae sub Capitolio.

TATIVS·Q·F·Q·N·C
SEN·SENT·FACIVNDV
EIDEMQVE·//ROB

u. 676-94.

Templum Iovis Capitolini incendio absumptum restituique coeptum est a Sulla, advectis e templo Iovis Olympii, quod Athenis fuit, columnis. Simulacrum numinis illatum a. 689, opere nec dum absoluto, quod lege ad id lata senatus consulto populique beneficio perductum est ad annum usque 694. Porro Capitolium dedicatum adhuc in vivis agente Catulo ex Suetonii loco in Oct. 92 fit manifestum. Ait enim Q. Catulum post dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus somniasse, etc. Cui parti operis haec inscriptio accesserit ignoramus. Iuvat lapidem conferre, Momms. duce, cum illa arcis ferentinatis inscriptione, quae portae superscripta; nam altera quae totum aedificium amplectitur operi effecto accessit. Occasionem nactus de templo Iovis Capitolini, caveas, moneo, ne quasi ex Vitruvii sententia (L. II, 64, 66) putes Cossutium in perficiendo Iovis Olympii Athenis templo usum esse ordine corinthio, eaque de causa nullo negotio diuturnam iactes de ordine templi Capitolini quaestionem te incidisse. Templum Capitolini Iovis a Sulla refectum tetrastylum habuit in fronte ordine dorico (Vide n. 317).

1000. (=592). — Romae in fundamentis Capitolii.

Q·LVTATIVS·Q·F·Q·//CATVLVS·COS
SVBSTRVCTIONEM·ET·TABVLARIVM
DE·S·S·FACIVNDVM·COERAVIT
DEMQVE·PRO

a. 676-94.

Has substructiones atque hoc tabularium esse templi Iovis Capitolini evinci putat Momms. e Varronis loco (Ep. ad Sulpicium, apud Gellium, 2, 10), qui ait in memoria sibi esse Catulum voluisse aream capitolinam

Digitized by Google

deprimere ut pluribus gradibus in aedem conscenderetur, suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret. Itaque Momms. substructiones esse vult gradus a Varrone memoratos, tabularium vero favissas ubi templi tabulae erant reconditae. At obstat idem Varro qui huius operis testis producitur. Subdit enim Catulum nihil eorum, quae facere voluerat, perfecisse, quoniam favissae impedissent.

1001. (= 1506). — Spartae.

P·SERVILIVS·C·
ISAVRICVS u. c. 680.
IMPERATOR·CEPI

Servilius, ait Momms., consul a. u. 675 proconsul a. 676 triumphavit a. 680 de Isauris in bello domitis quod adversus Cilicum piratas susceperat, quo circa Isauricus est cognominatus. Signa capta ornamentaque per triumphum vexit et in tabulas publicas ad aerarium perscribere curavit (Cic. in Verr. I, 21, 27).

1002. (= 779). — Tegula Panzarae reperta.

C MV
CO2 a. u. 680.
L·LVC·M·COT

Consules hoc anno fuere L. Licinius L. f. Lucullus, M. Aurelius M. f. Cotta.

1003. (= p. 200, *a*). — Romae in tessera apud Ful. Ursinum.

PHILODAM·DOSSE
A·D·X·K·NOV
SPECT
M·TEREN·C·CAS a. u. 681.

Consules fuere M. Terentius Varro Lucullus, C. Cassius L. f. Longinus Varus. Propter vocem Spect suspectam sibi fere tesseram esse, ait Momms.: tu cave ne dubites de tesserae sinceritate. Spect est spectavit.

1004. (= 204, XXXI). — Romae reperta aenea tabula, nunc in Museo Neap. Legis Antoniae rubrica de Termessibus Pisidis maioribus. c. a. 683.

I DE TERMESI PISID MAI P
(litt. maior.) C·ANTONIVS·M·F·CN·CORNElius
(litt. paullo min.) C·FVNDANIVS·C·F·TR·PL·DE·S·S·PLEBEM
PREIMVS·SCIVIT

Digitized by Google

(pag. 1)

1 QVEI THERMESES·MAIORES·PEISIDAE·FVERVNT QVEIQVE
EORVM LEGIBVS·THERMESIVM·MAIORVM·PISIDARVM
ANTE K APRIL·QVAE FVERVNT·L·GELLIO·CN·LENTVLO COS
THERMESES·MAIORES·PISIDAE FACTEI·SVNT QVEIQVE
5 AB IEIS PROGNATI·SVNT·ERVNT IEI·OMNES
POSTEREIQVE EORVM·THERMESES MAIORES·PEISIDAE
LEIBERI AMICEI·SOCIEIQVE·POPVLI·ROMANI·SVNTO
EIQVE·LEGIBVS·SVEIS·ITA·VTVNTO·ITAQVE IEIS
OMNIBVS·SVEIS·LEGIBVS·THERMENSIS·MAIORIBVS
10 PISIDEIS·VTEI·LICETO·QVOD·ADVORSVS·HANC·LEGEM
NON·FIAT
QVEI·AGREI·QVAE LOCA·AEDIFICIA·PVBLICA PREIVATA·VE
THERMENSIVM·MAIORVM PISIDARVM INTRA·FINEIS
EORVM·SVNT·FVERENTVE·L·MARCIO·SEX·IVLIO·COS
15 QVAEQVE·INSVLAE·EORVM·SVNT·FVERVNT·VE IEIS
CONSOLIBVS·QVEI SVPRA SCRIPTEI SVNT·QVODQVE
EARVM RERVM·IEIS·CONSVLIBVS IEI HABVERVNT
POSSEDERVNT·VSei fructeique SVNT·QVAE DE·IEIS·REBVS
LOCATA NON Sunt utei antea habeant possideant qVAEQVE
20 DE IEIS·REBVs agreis loceis aedificieis locata suNT AC NE
LOCENTVR sancitum est sanctione qVAE FACTA
EST Ex Lege rogata L. Gellio Cn. Lentulo cos eA·OMNIA
THERmeses maiores Pisidae habeanT POSSIDEANT
IEISQVE rebus loceis agreis aedificieis utantur frVANTVR
25 ITA VTEI·ANTe Mitridatis bellum quod pREIMVM
FVIT·HABVERVut possederunt usei fructEIQVE SVNT
QVAE·THERMENSORVM MaiorumM·PISIDARVM·PVBLICA
PREIVATAVE·PRAETER·LOCA AGROS·AEDIFICIA·SVNT
FVERVNTVE·ANTE·BELLVM MITRIDATIS·QVOD·PREIMVM
30 FACTVM EST·QVODQVE·EARVM RERVM·IEI·ANTEA
HABVERVNT·POSSEDERVNT·VSEI·FRVCTEIVE SVNT
QVOD·EIVS IPSEI·SVA·VOLVNTATE·AB·SE·NON·ABALIENARVNT
EA OMNIA TERMENSIVM·MAIORVM PISIDARVM·VTEI·SVNT
FVERVNT·ITA SVNTO ITEMQVE·IEIS·EA OMNIA
35 HABERE·POSSIDERE VVTEI·FRVEIQVE LICETO
QVOS THERMENSES MAIORES PISIDAE LEIBEROS·SERVOSVE

(pag. 2)

1 BELLO MITRIDATIS AMEISERVNT·MAGISTRATVS·PRove
MAGISTRATV QVOIA·DE·EA·RE IVRIS·DICTIO·ERIT·QVoque
DE·EA RE·IN·IOVS·ADITVM·ERIT·ITA DE EA·RE·IOVS
DEICVNTO IVDICIA RECVPERATIONES·DANTO·VTEI·IEi

Digitized by Google

5 COS·RECVPERARE·POSSINT
NEIQVIS·MAGISTRATVS·PROVE·MAGISTRATV·LEGATVS·NEive
QVIS·ALIVS·MEILITES·IN·OPPIDVM·THERMESVM MAIORVM
PISIDARVM·AGRVMVE THERMENSIVM MAIORVM
PISIDARVM HIEMANDI CAVSSA·INTRODVCITO·NEIVE
10 FACITO QVO QVIS EO MEILITES·INTRODVCAT·QVOVE IBEI
MEILITES HIEMENT·NISEI·SENATVS NOMINATIM·VTEI·THERMESVM
MAIORVM·PISIDARVM·IN·HIBERNACVLA·MEILITES
DEDVCANTVR·DECREVERIT·NEIVE·QVIS·MAGISTRATVS
PROVE MAGISTRATV·LEGATVS·NEIVE QVIS·ALIVS FACITO
15 NEIVE·INPERATO·QVO QVID·MAGIS·IEI·DENT·PRAEBEANT
AB·IEISVE·AVFERATVR·NISEI QVOD EOS EX·LEGE·PORCIA
DARE·PRAEBERE OPORTET·OPORTEBIT
QVAE LEGES QVODQVE IOVS QVAEQVE·CONSVETVDO L·MARCIO
SEX·IVLIO COS·INTER·CIVEIS·ROMANOS·ET TERMENSES
20 MAIORES PISIDAS·FVIT·EAEDEM LEGES EIDEMQVE IOVS
EADEMQVE·CONSVETVDO INTER·CEIVES ROMANOS ET
TERMENSES·MAIORES·PISIDAS·ESTO·QVODQVE·QVIBVSQVE
IN·REBVS·LOCEIS·AGREIS·AEDIFICIEIS·OPPIDEIS·IOVRIS
TERMENSIVM·MAIORVM·PISIDARVM·IEIS·CONSVLIBVS
25 QVEI·SVPRA·SCRIPTEI SVNT FVIT·QVOD·EIVS·PRAETER
LOCA·AGROS·AEDIFICIA·IPSEI·SVA·VOLVNTATE·AB·SE·NON
ABALIENARVNT·IDEM·IN EISDEM·REBVS·LOCEIS·AGREIS
AEDIFICIEIS OPPIDEIS·TERMENSIVM·MAIORVM·PISIDARVM
IOVS·ESTO·ET·QVO·MINVS·EA·QVAE·IN·HOC·CAPITE·SCRIPTA
30 SVNT·ITA·SINT·FIANT·EIVS·HAC·LEGE·NIHILVM·ROGATVR
QVAM·LEGEM·PORTORIEIS·TERRESTRIBVS·MARITVMEISQVE
TERMENSES·MAIORES·PHISIDAE·CAPIVNDEIS·INTRA·SVOS
FINEIS·DEIXSERINT·EA·LEX·IEIS·PORTORIEIS·CAPIVNDEIS
ESTO·DVM·NEIQVID·PORTORI·AB·IEIS·CAPIATVR·QVEI·PVBLICA
35 POPVLI·ROMANI·VECTIGALIA·REDEMPTA·HABEBVNT·QVOS
PER·EORVM·FINEIS·PVBLICANEI·EX·EO·VECTIGALI
TRANSPORTABVNT

Termesses Pisidae varia nominis orthographia scribuntur in hac tabula, Thermeses, Thermensium, Thermesum, Thermensorum, Termensis, Pisidae, Peisidae, Phisidae; et tamen oppidum Termessus appellatur in nummis et lapidibus. Fuere Termesses in Pisidia maiori, libertate donati a Cn. Manlio anno 565 (Polyb. XXII, 18; Liv. XXXVIII, 15). Hanc libertatem, societatem, amicitiamque confirmat lex haec, quae lata est post annum 682.

Digitized by Google

1005. (572, LXIV, G). — In pago S. Prisci agri capuani.

N · F · FABER · M · FISIVS · C · F · M · VIBIVS · P
CIVS·ST·F M·BAIBILIVS·L·F·TI·HOSTI V
C//////////OS·DVOS·IN·TEATRO·FACIENDOS·CO I

Descripsi edidique in Eph. neap. a. 1853, 13, 74. Huius lapidis alteri lateri insculptus est insequens titulus, qui ad annum 683 pertinet. Ritschelius perperam ex typo chartaceo legit v. 3. COIR. V. 3 supple CuneOS et in fine COIraverunt.

1006. (=573, LXIV, G). — In aversa parte eiusdem lapidis.

ALFIDIVS C·F STR^B CN//////VS CN·F M PONTIVS·M·L SAL
M·PANDIVS·M·F MCDELIVS·C·F A·OCRATIVS·M·L·ALEX
P·OCTAVIVS·P·F M·HEID///S·M·F C·HOSTIVS·M·L·HERM
C·CORNELIVS·C·F·SAP L·DECVM///S·N F STAB A·RVBRIVS·A·F·PRAEC
HEISC·MAGISTR·EX·PAGEI·SCITV·IN·SERVOM·IVNONIS·GAVRAE///NTVLEI//
P·CORNELIO·LENTVLO·CN·AVFIDIO·ORESTE·COS·M'///....·M u. 683.

Descripsi edidique in Eph. neap. a. 1, 13, 14. V. 1 Momms. legit ST///B pro STR^B, at Ritschelius p. 56 serio ait legi STRB, ea de causa, quod R vel B non apparent: Momms. male C·F pro CN·F. V. 5 olim legi GAVR·AE non recte. V. 6 Momms. in fine MI pro M perperam. Supplementum aliud probabile huius loci non invenio nisi coNTVLERunt MVltaM, quod verbum postremum revocandum esse constat ad versum superiorem. Hoc vero, ni fallor, scribere voluerunt magistri pagi, se illud qualecumque fuit effecisse ex aere multatico; nec tamen aliud scripsere nisi se contulisse multam in servum Iunonis. Plura ex ectypo suo profert Ritschelius, Enarr. tab. p. 56, 57, quae reiicienda esse puto.

1007. (=720, Suppl. IV, XI). — Romae in tessera.

PILOTIMVS
HOSTILI
SP·PR·N·SEX·
P·LEN·CN·ORE u. 683.

Consules sunt P. Cornelius Lentulus Sura, Cn. Aufidius Orestes.

1008. (=Suppl. IV, C, p. XI). — Romae in tessera.

PILODAMVS
IVNI
SP·AD VIIDIA
P·LEN CN ORE u. 683.

Digitized by Google

1009. (=593, LXXI, A). — Romae, inde in museum tolosanum illatus lapis albanus.

(litt. maior.) L·VA//////////////CI
CVR·VIAR
E·LEGE·VISELLIA·DE·CONL·SEN u. 683.
CN·CORNELI·Q·MARCI·L·HOSTIL
C·ANTONI·C·FVNDANI·C·POPILI
M·VALERI·C·ANTI·Q·CAECILI
OPVS·CONSTAT·N·[illegible]XXII

Descripsi. Curam viarum urbis lege Visellia demandatam constat collegio denum tribunorum plebis, quorum e numero, unus fungebatur curatoris munere et appellatione, adeo ut de collegarum sententia opus, quodcumque oporteret, faciundum curaret. Haec Momms. scite collatis nominibus adscriptis cum lege Antonia de Termessibus a. 683. Ritschelius contendit in Enarr. tab. p. 63 quod sibi certissimum videtur non CVR·VIAR· sed CVR·AQVAR ibi olim fuisse scriptum. Apertissimum enim esse, ait, Marinium male legisse VIAR, ubi primum elementum est aut M aut quod omnes numeros probabilitatis habet, A. At chartae eum fefellerunt: nihil enim litterarum post CVR in lapide detrito hodie legitur. Versus tres ultimos duobus in locis lacunosos vidi: tamen quod restat, cum lectione Marinii optime concordat.

1010. (=594). — Romae olim in Capitolio.

M·CALPVRNIVS·M·F·PISO·FRVGI·PR·EX·S·C
FACIVNDVM·CVRAVIT·EIDEMQVE·PROBAVIT
IMP·CAESAR·DIVI·NERVAE·F·NERVA
TRAIANVS·AVGVSTVS·GERMANICVS
DACICVS·PONTIF·MAXIMVS·TRIB·POT·XII
IMP·VI·COS·V·P·P·OPERIBVS·AMPLIATIS·RESTITVIT

Cn. Calpurnius Piso a M. Pupio adoptatus nomina adoptantis transtulit et appellatus est M. Pupius Calpurnianus in laterculis consularibus a. 693: nonnunquam M. Pupius Piso Frugi, ut in fastis amiterninis. Praetor cum esset aliquid faciendum curavit ex senatus consulto quod nos latet. Postea Traianus idem opus restituit operibus ampliatis.

1011. (=721). — Romae olim in tessera.

PILARGVRVS
LVCILI
SP·A·D·VII·ID·AP
CN·PO·M·CRA a. 684 vel 699.

Consules sunt Cn. Pompeius, M. Licinius Crassus.

Digitized by Google

1012. (=722). — Romae olim in tessera.

ΠILODAMVS
GELLI
SΓ K QVI
CN·ΓO·M·CRA

1013. (=723, Suppl. IV, p. XII). — Romae in tessera.

HERACLEO
MVCI
SΓ K QVIN
CN POM M CR

1014. (=724, Tess. glad. III, c). — Tessera in museo parisiensi.

AESCINVS
AXSI
SΓ·A·D·VII·K·A
Q·HOR·Q·MET u. 685.

1015. (=780). — Parmae in tegula.

C · VE
COS
Q·HOR Q CÆ a. 685.

Consules sunt Q. Hortensius, Q. Caecilius qui supra Metellus.

1016. (=781). — Parmae in tegula.

L · NAEV
COS·L·ME
Q · MARC a. 686.

Consules sunt L. Caecilius Metellus Q. Marcius Rex.

1017. (=595, LXX, A). — Merbaccae prope Argos Tirynthum versus.

Q·CAECILIO·C·F·METEL· u. c. 686-88.
IMΓERATORI·ITALICI
QVEI·ARGEIS·NEG·TIANTVR

In C. Caecilii liberis (Cic. cum gr. in senatu egit 15, 87; cum populo grat. egit 3, 6) Quintum istum censet Momms. Consul is fuit a. 685 et Cretam provinciam obtinuit, sedem piratarum, quam cepit a. 686/8 et imperator est appellatus, triumphavit a. 692. Negotiatores facile quod mare tutum reddidisset extinctis piratis Cretensibus monumentum posuerunt.

Digitized by Google

1018. (= 597). — Argis.

Q·MAARCIVM·Q
ITALICEIS·QVEI NEGOTIA u. c. 687.
KOINTON MAAPKIO...
TOY YION PHΓA ITAΛ...

Restituit Cavedonius (Bull. Instit. 1846, p. 185). Q. Marcius, quem solum novimus Quinti filium, cum tribus legionibus proconsule in Ciliciam missus causam habere potuit, ait Momms., cur negotiatores Argis consistentes sibi devinxerit.

1019. (= 597, III, E). — Canusii in sepulcri tectorio graphio notata.

MEDELLA · DASM · F
SITA·AND·IIIK-IANV
L PISONE
M·ACILIO COS

Descripsi edidique in Insc. gravées au trait p. 22: inde Ritschelius tab. III E (citatur a Momms. tab. II pro III, err. typogr.). Iterum dedi in ed. 2ª Graffiti de Pompei p. 33, exemplo forma lignea expresso. Ritschelius, notante Mommsenio p. 559 in Add., ex editione mea dedit.

1020. (= 782, *XII, *d*). — Parmae in tegula.

L NAE
COS u. c. 687.
M ACHI

Consules sunt Man. Acilius Glabrio, C. Calpurnius Piso.

1021. (= 783, XII, *e*). — Parmae in tegula.

L NAE
COS M· u. c. 688.
AEM·L·FO

Consules sunt Man. Aemilius Lepidus, L. [V]olcatius Tullus.

1022. (= 784, XII, *f*). — Veleiae in tegula.

L NAE
COS L·COTT u. c. 689.
L· MAN

Consules L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus.

Digitized by Google

1023. (= 785, XII, *g*). — In tegula, quae fuit Bacedasci integra, Parmae fracta.

C·VE
COS u. c. 689.
L·M·L·COT.

1024. (= 786, XII, *h*). — Parmae in tegula.

C VENEL
COS u. c. 690.
L·IVL·C·MAR

Consules L. Iulius Caesar, C. Marcius Figulus.

1025. (= 598). Romae in vinea Cardinalis Carpensis, basis quadrata.

CN·CALPVRNIVS
CN·F·PISO
QVAESTOR·PRO PR·EX·S·C·
PROVINCIAM HISPANIAM
CITERIOREM · OPTINVIT

Hic Calpurnius circa ann. 690 mortuus est. Titulum in sepulcro positum videri, ait Mommsenius, neque elogium referre.

1026. (= 599, LIII, VI, A). — In agro mutinensi parallelepipedum testaceum inventum litteris graphio incisis.

C·ANTONI·M·TVLI·COS

Consules Q. Antonius Nepos M. Tullius Cicero. Aetatis definiendae causa positum puta in pavimento, inter cuius rudera repertum est. Borghesius genitivo esse casu putavit, recto Mommsenius, quod genitivus, ait, explicationem non habet: reiicit vero sextum, quia ita scribi non potuit. At contra sic scriptum vides in tessera gladiatoria anni 758 (C. Inscr. lat. ant. n. 750): C·V|B·C·ATE|·COS: (ib. n. 751): C·V|B·C·ATEI·COS pro C. Ateio. Leges igitur: C. Antoni(o), M. Tuli(o), cos.

1027. (= 776, *a*). — Arelate in ripa Rodani tessera.

ACHIAL·SIRTI·L·S
SPECTAT·NM·
MENSE FEBR
M·TVL·C·AT·COS u. c. 691.

Versus in codice continuatur, divisi ego. — V. 2 Spectat, eo sensu quo alibi Spectavit. NM est pro MVNere errore fabrili scriptum.

Digitized by Google

1028. (=600, LXXXVII, A, B, C, D, E, F). — Romae in arcu minore medio e tribus pontis arcubus ad sin. insulae tiberinae.

A L FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM·COERAVIT

B EIDEMQVE
PROBAVEIT

a. u. 692.

In arcu ad dexteram.

D L·FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM·COERAVIT
Q·LEPIDVS·M·F·M·LOLLIVS·M·F·COS EX·S·C·PROBAVERVNT a. 693.

In arcu pontis insulae tiberinae ab altera parte ad sinistram.

C L·FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM COERAVIT
M·LOLLIVS·M·F·Q·LEPIdus·m'·f·cOS· EX·S·C·PROBAVERVNT

In arcu minore eiusdem.

E IDEMQVE
PROBAVIT

In arcu pontis ad dextram.

F L·FABRICIVS·C·F·CVR·VIAR
FACIVNDVM·COERAVIT

Accedis ad insulam tiberinam per pontem a foro bovario, ex insula procedes ad Ianiculum per partem alteram. Hi pontes olim fuere lignei sive sublicii permanseruntque ob veterem religionem ad L. Fabricium usque. Hic tribunus plebis cum esset et curator viarum pontem a foro bovario ducentem in insulam fecit lapideum: cumque anno 733 Tiberis exundans pontem alterum Ianiculo insulam iungentem evertisset, censuit senatus, ut hic quoque lapideus fieret, reficereturque alter a Fabricio factus. Probavere opus duo consules L. Aemilius Lepidus M. Lollius. Haec Momms. additque videri sibi restitutae inscriptioni deberi, quod hodie legitur Q. Lepidus M·filius, cum tabulae capitolinae L. Lepidum Marci filium eum appellent.

1029. (=725). — Tessera prope Romam reperta, nunc in Kircheriano.

ANTIOCVS
MAGVLN
SP·ID·MAI
M·PIS·M·MES u. 693.

Descripsi. Consules sunt M. Papius Piso Frugi, M. Valerius Messalla.

Digitized by Google

1030. (=726). — Fragmentum tesserae.

GVRVS
LAMI
QVI
·M·VA a. 693? 701?

1031. (=727). — Romae in tessera.

APOLLONIVS
PETICI
SP·K·APR
L·AFR·Q·MET a. 694.

Consules fuere L. Afranius A. f., Q. Caecilius Q. f. Metellus Celer.

1032. (=728). — In tessera.

RVFIO
SERTORI
SP·ID·SEX
L·AFR·Q·MET a. 694.

1033. (=729). — In tessera.

PHILARGVRV
PROCILI
SP·A·D·IX·K·AP
C·IVL·M·BIB a. u. 695.

C. Iulius Caesar, M. Calpurnius Bibulus consules.

1034. (=603, LXXXII). — Tabula Furfone reperta, inde in Aquilae museum illata.

(Textum vide in pag. seq.).

Descripsi et charta expressi. Descripsit etiam Momms., charta expressit Brunnius, delineandam tabulam curavit ediditque Ritschelius, tamen puncta trigona litteris I imposita triginta et sex, et crassa illa quidem alteque plerumque insculpta, legere non noverunt neque animadverterunt. Rem forte miram narro. Mommsenius qui ectypos Ritschelii chartaceos irridere, incusare acriterque insectari identidem toto hoc opere solet, Ritscheliumque obiurgare quod hallucinari se se patiatur saepe chartis istis, modo ad Ritschelii chartas confugit, ope illarum tutus affirmans illa puncta optimo iure inter meras hallucinationes meas, illa inquam triginta sex, optimo iure se relegasse omnes. Quo argumento? Hoc nempe, quod ectypum chartaceum cum denuo accurate examinaverit Ritschelius nihil invenerit de

Digitized by Google

a. u. 696.

(litt. maior.)

L · AIENVS · L · F · Q · BAEBATIVS · SE ⌄ · F · AEDEM · DEDICARVNT
ÎOVÎS·LÎBERÎ·FVRFONE·A·D·III·ÎDVS·QVÎNCTÎLEÎS·L·PISONE·A·GABINÎO·COS·MENSE·FLVSARE
COMVLA·TEÎS·OLLEÎS LEGÎBVS·ÎLLEÎS·REGIONIBVS·VTEI·EXTREMAE·VNDAE·OVAE·LAPÎDE
FACTA·HOÎVS·QVE·AEDIS·ERGO·VTEI·QVE·ADEAM·AEDE·SCALAS·QVE LAPIDE·ST RVCTVENDO
5 COLVMNAE·STANT·CITRA·SCALAS·AD·AEDEM·VERSVS·STIPITES·QVE·AEDÎS·HVMVS·TABVLA
MENTA·QVE·VTEI·TANGERE·SARCIRE·TEGERE·DEVEHERE·DEFIGERE·MANDARE·FERRO·OETÎ
PROMOVERE·REFERRE·FAS·QVE·ESTO·SEI·QVOD·ADEAM·AEDEM·DONVM·DATVM·DONATVM·DEDICATVM·
QVE·ERIT·VTEÎ·LICEAT·OETI·VENVM·DARE·VBEÎ·VENVM·DATVM·ERÎT·ID·PROFANVM·ESTO·VENDÎTIO
LOCATIO·AEDILIS·ESTO·QVEM·QVOM·QVE·VEÎCVS·FVRFENS·FECERÎT·QVOD·SE·SENTIVNT·EAM·REM
10 SÎNE·SCELERE·SÎNE·PIACVLO·ALÎS·NE·POTESTO·QVAE·PEQVNÎA·RECEPTA·ERÎT·EA·PEQVNÎA·EMERE
CONDVCERE·LOCARE·DARE·QVO·ÎD·TEMPLVM·MELÎVS·HONESTÎVS·SEÎT·LÎCETO·QVAE·PECVNÎA·ADEAS
RES·DATA·ERIT·PROFANA·ESTO·QVOD·D·M·NON·ERIT·FACTVM·QVOD·EMPTVM·ERIT·AERE·AV·ARGENTO
EA·PEQVNIA·QVAE·PEQVNIA·AD·ID·TEMPLVM·DATA·ERIT·QVOD·EMPTVM·ERIT·EIS·REBVS·EADEM
LEX·ESTO·QVASEI·SEI·DEDICATVM·SIT·SEI·QVI·HEIC·SACRVM·SVRVPVERIT·AEDILIS·MVLTATIO·ESTO
15 QVANTI·VOLET·ID·QVE·VEICVS·FVRF·MAI·PARS·EIFELTARES·SEI·APSOLVERE·VOLENT·SIVE·CONDEMNARE
LICETO·SEI·QVEI·AD·HVC·TEMPLVM·REM·DEIVINAM·FECERIT·IOVI·LIBERO·AV·IOVIS·GENIO·PELLEIS
CORIA·FANEI·SVNTO

Digitized by Google

punctis istis. Specimen illius tabulae ex forma gypsea, quam mihi conficiendam curaveram, edidi in Diss. Archeol. vol. I, tav. XII. Haec de historia apicum istorum sive punctorum: de quibus dicere non habeo cuius rei ergo adhibiti sint, praesertim quia infra primum, nec ultra decimum versum, nec constanter longis I vocalibus, et solis his, imponantur. Titulum sculptum ea aetate putat Ritschelius, quam prae se fert, formulas autem multo superioris aetatis speciem putat habere. Momms. ap. Ritschel. Enarr. tab. p. 78 cum Henzenio et Brunnio litteris esse ait non vetustis sed optimis saeculi augustei.

Titulus uti aliquibus in locis a quadratario corruptus apparet, ita fieri potuit uti negligentia et ignoratione eius puncta partim omissa partim male alienis in locis collocata appareant. — V. 3, COMVLATEIS Momms. coniicit COMMVTATEIS, illis legibus nempe, quae sunt illis regionibus. At non apparet qua de causa oportuit leges pro sartis tectis templorum conditas commutare, cum contra res postulet, ut eae adhibeantur. Puto olim pro COMLATEIS hoc est conlatis scriptum. Duumviri collatis legibus locorum, idest regionum aedis, ut ne vitio reficerentur, refecerunt et dedicaverunt. Sequitur rerum reficiendarum elenchus, v. 3. « Ut ei extremae undae quae lapide facta hoiusque aedis ergo utique ad eam aedem scalasque lapide structuendo columnae stant citra scalas ad aedem versus stipitesque aedis » cet. Mommsenius queritur de lapicidae inscitia: alium lapidem non esse affirmans qui ad similem corruptelarum immanitatem ascendat. Damnat itaque verba 'extremae undae quae' et v. 4 'lapide structuendo', pro quibus reponendum autumat, ut ei extrema fundamentaque lapide facta hoiusque aedis ergo, angulos nempe murorum et fundamenta aedis iubens intellegi; deinde utique ad eam aedem scalasque lapide structas quaeque columnae stant, cet., se sententiam fassus non verba certe esse assecutum. Nos possumus dubitare de sensu vocis « extrema » acceptae pro angulis. Praeterea adhibebimus locum Vitruvii L. V, c. 7 olim frustra sollicitatum, ubi *unda* pro cymatio, κύματι, stat, et sic sensum tabulae instituemus: Uti extremae undae quae lapide facta*e* (sunt), utique (quae) ad eam aedem scalasque lapide struct*ae* intus columnae stant: hoc est uti columnae quae lapide structae ad eam aedem scalasque stant citra scalas endo (intus) ad aedem versus. — V. 6 HVMVS Momms. emendat HVIVS: at oportuit HOIVS collato versu 5: sed neque sic recte: — v. 6 pro MANDARE Momms. putat « emendare »: — v. 7 excidisse ait Momms., liceat, ante fas esto: — item in v. 10 addit, post vocem piaculo, vendere locare: — v. 15 pro TEMPLVM, ait Iahnius vult 'emendum': ibid. FIFELTARES quid significet ignorare se, ait; ego legi EIFELTARES, et puto sic emendari posse: idque veicus Furfers, maior pars, PraEsTARE, sei absolvere volent sive condemnare, liceto. Nempe Vicanis Furfensibus, dum maior eorum pars consenserit, licebit in se recipere multam solvendam, sive volent absolvere furem, sive condemnare.

Digitized by Google

1035. (=602). — In agro mantuano.

LARIBVS · D · D
APRODIS · PLOTI · C · S
APOLLON·OFILLI·N·S
PHILEMO · MESINE · S
POTHVS · VIRRIAI · S
PHILOGEN·CVRTI·L·P·S
DAMA · VETTI · PR · S
SVRVS · IVVENT · P · S
APOLLON·ARRI·CN·S
ANTIOC · PLOTI · C · S
TIASVS · DECI · P · S
DIOGEN · METILI · C · S
ORFEVS · ASINI · L · C · S
SVLLA · FLAVI · P · S
PAMPHIL · NONI · P · S
EVCAERVS · FLAVI · P · S
ANTIOC · MESC · Q · S
PHARNAS · EGNAT · P · S
C·IVLIO
M·CALPVR COS a. 695.

Ex cod. vat. 5237 misit Borghesius Avellinio qui edidit — Opusc. II, 295. — V. 4 Momms. emendat MESIaE·S, debuit saltem Mesiai propter Verriai versus insequentis. Ego nihil muto — V. 12 nota Orfeus pro Orpheus scriptum. — V. 16 Momms. emendat PHARNAC.

1036. (=730). — Romae in tessera.

ELEVTHERVS
TAMVDI
SP·PR·ID·QVI·
L·PIS·A·GAB· a. 696.

L. Calpurnius Piso, A. Gabinius Nepos consules fuere hoc anno.

1037. (=787, XII, i). — Parmae in tegula.

LR
COS
L·PISON u. 696.

Digitized by Google

1038. — Romae in tessera.

STEΓANVS
MAMMI
SΓ·A·D·IIX·K·AΓ
Γ·LEN·Q·MET u. c. 697.

Descripsi, edidique in Diss. Archeol. I p. 54. Consules sunt P. Corn. Lentulus, Q. Caecilius Metellus.

1039. (=604, LXXXV A). — Grumenti, hodie Saponara.

C·BRVTTIVS·C·F
SER·AED·ΓRO·Q
MVR·Γ·CC·DE·SVA
ΓEQ·FACIVNDVM
COER·Γ·CORNEL·
Q·CAECIL·COS a. 697.

Neque aedilem pro quaestore, neque adeo proquaestorem municipalem alibi inveni, ait Momms.

1040. — In villa S. Hilarii ubi olim vicus Tanetus non longe a Parma. Tessera.

PELOΓS
PETILI
SP·ME QVI
CN·LE·L·ΓHIL·COS a. 698.

Consules sunt Cn. Cornelius Lentulus, L. Marcius Philippus.

1041. (=1537). — In tessera.

ANTEROS
ACILI
SP·ID·QVI
CN·COR·L·MAR u. 698.

1042. (=788, XII, K). — Parmae in tegula.

L·NAE
CN·COR
L·MA.. u. 698.

1043. (=605). — Lissae.

Q·NVMERIVS·Q·F·VEL
RVFVS·LEG·ΓATRON
PORTIC·REFICIVND·
DE SVA·PECVN·COER
IDEMQVE·PROB

Digitized by Google

Numerium Rufum scimus Clodii amicum inter tribunos: hic forte, ait Momms., legatione functus in provincia, cum Lissae esset patronus, porticum reficiundam curavit.

1044. (=606). — Romae e fornice cloacae maximae duplici exemplo, quorum hic est plenior.

Q·FABIVS·Q·F·MAXSVMVS·AED·CVR·RE...

1045. (=607). — Romae in foro lapides effossi.

a FABIVS·Q·F·MAXSVMVS
AED·CVR

b L·AEMILVS·L·F PAVLLVS
COS CENS·AVGVR
TRIVMPHAVIT·TER

c P·CORNELIVS·PAVLLI·P·SCIPIO
AFRICANVS·COS·II·CENS
AVGVR·TRIVMPHAVIT·II

Q. Fabius Maximus Allobrogicus consul a. 633. arcum fabianum fecisse creditur. Hic fuit L. Aemilii Paulli qui Persen vicit ex filio nepos, fratris Africani maioris filius. Arcus restitutus videtur a Q. Fabio Maximo Allobrogici nepote aedili curuli c. a. 698. Tres titulos *a b c* constat ad hunc arcum pertinuisse, idque res ipsa declarat et Scholiastes Ciceronis primus qui fertur sub nomine Asconii, Verr. Act. 1, 7, 19, diserte id dicit. Huic Fabio statuam postea dedicatam docet titulus marmoreus a Smetio 65, 2 descriptus.

Q·FABIO·ALLOBROGICINO
MAXIMO

Haec Momms.

1046. — Prope Montorium ad flumen Vomanum, in pavimento ex opere musivo.

Q·OFILLIVS·C·F·RVF·SEX·CALIDENVS·P·F·Q·N
T·TEMONIVS·T·L·FLAC·MAG·AED
HERC·D·V·S·FAC·PING·C·EISDEMQ·PR
CN·POMPEIO·M·LICINIO·COS·ITER a. u. 699.

Edidit Bernabei, Giorn. degli Scavi di Pompei I p. 78. — V. 3 lege, Herculi de Vici sententia faciundam pingendam curaverunt eisdemque probaverunt. Ab Henzenio Bernabeius didicit siglas D·V·S non 'de vici sententia' esse interpretandas, sed 'de voto suscepto'. At haec formula nondum hactenus visa est, nec recte latine dicitur nisi 'voto suscepto', vel 'ex voto'.

Digitized by Google

1047. (= 609, LXXXIX, A). — Romae in ripa sinistra Tiberis, binis exemplis.

P·SERVEILIVS·C·F
ISAVRICVS
M·VALERIVS·M·F
M·N·MESSAL
CENS a. 700.
EX S·C·TERMIN

Nuper tertium exemplum prodiit prope Navalia vetera. Cum a. 700 u. c. Tiberis exundasset, senatus consulto provisum est ut ripae per censores qui a 699 creati erant terminarentur (Borgh. Sull'ult. parte dei Censori p. 33 seq. 71 seq.)

1048. (= 610). — Romae in dextra Tiberis ripa, duobus exemplis.

M · VALERIVS · M · F
M·N·MESSALL
P · SERVILIVS · C · F
ISAVRICVS·CENS
EX · S · C · TERMINAR

1049. (= 612). — Romae in vinea Costa m. p. ab Urbe via Portuensi.

M VALERIVS·M·F m' N
MESSALA
P·SERVEILIVS·C·F·M·///VS
CENSOR

V. 3 Intactum M··VS linquit Momms. Facile pro M···VS repones ISAuricVS.

1050. (= 613). — Romae in dextra Tiberis ripa prope pontem Mulvium.

M · VALERIVS · M · F
M · N · MESSAL
P · SERVEILIVS · C · F
ISAVRICVS · CES
EX · S · C · TERMIN

Gemini termini exemplum legitur via Ostiensi (1047), at minus plenum.

1051. (= 732). — Florentiae olim, nunc in museo mediceo. Tessera.

TEOΠROPV
FABI
SP·A·D·VII·K·OC
L·DOM·AP a. 700.

L. Domitius Cn. f. Ahenobarbus, Ap. Claudius Pulcher consules.

Digitized by Google

1052. (=733). — Romae in tessera.

PILODAMVS
IVLI
SP·A·D·III·K·FEB
M·VAL·CN·DO u. c. 701.

Gn. Domitius Calvinus, M. Valerius Messalla consules.

1053. (=734). — Romae in tessera.

PHILEMO
CAECILI
SP·ID·IAN
CN·POMP·COS·III a. 702.

Cn. Pompeius Magnus III, C. Caecilius Scipio Nasica consules. Hoc anno iterationem honoris adnotari lineolis numeralibus coepisse ne putes; habes enim n. 886 exemplum in Scipionis Hispani titulo: TR·MIL·II. Numerorum vero vicariam vocem ITERVM exemplum hactenus primum dat lapis a. 599 n. 889 CONSOL·ITERVM, et deinceps sic usurpatur in titulo n. 980 a. 668, et in titulo n. 1046 a. 699.

1054. (=615, LXXXVI, c).

OMPEIO·CN·
GNO·IMP·COS·TER
TRONO · PVBLICE · u. c. 702.

Pompeio dubitanti scriberetne consul tertio an tertium Cicero persuasit ut vocabulo non integro uteretur. Haec Tiro apud Gellium X, 1.

1055. (=617). — Grumenti hodie Saponara.

X · POPP · AEDILIS · L
R · AEBVTIVS · C · F
AL · AEDILES · MOER
EDES · ΦCC · DE · SVA
EQVNIA · FACIVNDV
COERAVER·SER·SVLPICI a. 703.
M·MARCELLO·COS

Primum versum sic legit Matthaeus Aegyptius, qui edidit, de Bacchan. p. 155; supplevit atque emendavit Momms. SEX · POPPAEDI · SEX · F. Fuit fortasse Sex. Poppaedius L. (f.). Consules fuere Ser. Sulpicius Rufus, M. Claudius Marcellus.

1056. (=789). — Parmae.

L·NAEV
CO
L·AEM u. c. 704.

L. Aemilius Paulus, C. Claudius Marcellus consules.

Digitized by Google

1057. (= 790). — Parmae in museo.

LA
C M
L·NÆV

u. c. 704.

1058. (= 791, XII, *m*) — Parmae in museo.

L · NAEV
COS C M
L · A

u. c. 704.

1059. (= 205, XXXII). — Lex Rubria de civitate Galliae Cisalpinae, Veleiae reperta.

(pag. 1)

..... Quom ex h l operis novi nuntiationem II vir IIII vir praefectusve eius municipei remeisserit, quod de ea re iudicium datum iudicareve

IIII

1 IVSSVM·IVDICATVM·VE·ERIT·ID·RATVM·NE·ESTO·QVODQVE·QVIS
QVE QVOMQ·D·E·R·DECERNET·INTERDIICETVE·SEIVE·SPONSIONEM
FIEREI·IVDICAVERITVE·IVBEBIT·IVDICIVMVE·QVOD·D·E·R·DABIT·IS
IN·ID·DECRETVM·INTERDICTVM·SPONSIONEM·IVDICIVM·EXCEPTIO
5 NEM·ADDITO·ADDIVE·IVBETO·Q·D·R·OPERIS·NOVI·NVNTIATIONEM
IIVIR·IIIIVIR·PRAEFECTVSVE·EIVS·MVNICIPEI·NON·REMEISSERIT
QVA·DE·RE·QVISQVE·ET·AQVO·INGALLIA·CIS·ALPEINA·DAMNEI·INFECTEI
EXFORMVLA·RESTIPVLAREI·SATISVE·ACCIPERE·VOLET·ET·AB·EO·QVEI
XX IBEI·I·D·POSTVLAVERIT·IDQVE·NON·K·K·SE·FACERE·IVRAVERIT·TVM·IS QVO
10 D·E·R·INIVS·ADITVM·ERIT·EVM·QVEI·INIVS·EDVCTVS·ERIT·D·E·R·EXFORMV
LA·REPROMITTERE·ET·SEI·SATIS·DAREI·DEBEBIT·SATIS·DARE·IVBETO·DE
CERNITO QVEI·EORVM·ITA·NON·REPROMEISSERIT·AVT·NON·SATIS·DEDE
RIT·SEIQVID·INTERIM·DAMNI·DATVM·FACTVM·VE·EX·EA·RE·AVT·OB·E·R·EO
VE·NOMINE·ERIT·QVAM·OB REM VTEI·DAMNEI·INFECTEI·REPROMISSIO
15 SATISVE·DATIO·FIEREI·POSTVLATVM·ERIT·TVM·MAG·PROVE·MAG·II·VIR
IIII·VIR·PRAEFECVE·QVOQVOMQVE·D·E·R·INIVS·ADITVM·ERIT·D·E·R·ITA·IVS
DEICITO·IVDICIA·DATO·IVDICAREQVE·IVBETO·COGITO·PROINDE·ATQVE·SEI
D·E·R·QVOM·ITA·POSTVLATVM·ESSET·DAMN///·INFECTEI·EX·FORMVLA
RECTE·REPROMISSVM·SATISVE·DATVM·ESSET·D·E·R·QVOD·ITA·IVDICIVM
20 DATVM·IVDICAREVE·IVSSVM·IVDICATVMVE·ERIT·IVS·RATVMQVE·ESTO
DVM·INEA·VERBA·SEI·DAMNEI·INFECTEI·REPROMISSVM NON·ERIT·IVDI
CIVM·DET·ITAQVE·IVDICARE·IVBEAT·I·E·S·ANTFQVAM·ID·IVDICIVM·
Q·D·R·A·FACTVM·EST·Q·LICINIVS·DAMNI·INFECTEI·EO·NOMINE·Q·D
R·A·EAM·STIPVLATIONEM QVAM IS QVEI·ROMAE·INTER·PEREGREI

Digitized by Google

25 NOS·IVS DEICET·INALBO·PROPOSITAM·HABET·L·SEIO·REPROMEISSISSET
TVM QVICQVID·EVM·L·LICINIVM·EX·EA·STIPVLATIONE·L·SEIO·D·F·OPOR
TIRET·EX·F·B·D·Γ·HS E·I·Q LICINIVM·L SEIO·SEI·EX·DECRETO·II VIR
IIII VIR·PRAEFEC·VE·MVTINENSIS·QVOD·EIVS·II·VIR·IIII·VIR·PRAEFEC
VE·EX·LEGE·RVBRIA·SEIVE·ID·PL·VE·SC·EST DECREVERIT Q LICINIVS EO
30 NOMINE·QVA·D·R·A·L·SEIO·DAMNEI·INFECTEI·REPROMITTERE·NO
LVIT·C·S·N·P·A·AVT·SEI·DAMNEI·INFECTEI·SATIS DATVM·NON·ERIT
INEA·VERBA·IVDICIVM·DET·I E·S·ANTEQVAM·ID·IVDICIVM·Q·D·R·A
EACTVM·EST·L·LICINIVS·DAMNEI·INFECTEI·EO·NOMINE·Q·D·R·A·EA
STIPVLATIONE·QVAM·IS QVEI·ROMAE·INTER·PEREGRINOS·IVS·DEICET
35 IN ALBO·PROPOSITAM·HABET·L·SEIO·SATIS DEDISSET·TVM·Q·Q·EVM
Q·LICINIVM·EX EA·STIPVLATIONE·L·SEIO·D·F·OPORTERET·EX F·B·D·T·
E·I·Q·LICINIVS·L·SEIO·SEI·EX·DECRETO·II·VIR·IIII·VIR·PRAEFVE·MVTI
NENSIS·QVOD·EIVS·IS·II·VIR·IIII·VIR·PRAEFECT EX·LEGE·RVBRIA·SEI
VE·ID·PL·VE·SC·EST·DECREVERIT·Q·LICINIVS·EO·NOMINE·Q·D·R·A
40 L·SEIO·DAMNEI·INFECTEI·SATIS DARE·NOLVIT·C·S·N·P·A·DVM·II·VIR
IIII·VIR·I·D·PRAEFECVE·D·E·R·IVS·ITA·DEICAT·CVRETVE·VTEI·EA·NO
MINA·ET·MVNICIPIVM·COLONIA·LOCVS·INEO·IVDICIO QVOD·EX·IEIS
QVAE·PROXSVME·S·S·ACCIPIENTVR·INCLVDENTVR·CONCIPIANTVR
QVAE·INCLVDEI·CONCIPEI·S·D·M·OPORTERET·DEBEBITVE·NEQVID
45 EI·QVEI·D·E·R·AGET·PETETVE·CAPTIONEI·OB E·R·AVT·EO·NOMINE·ESSE
POSSIT·NEIVE·EA·NOMINA·QVA·INEARVM·QVA·FORMVLA·QVAE·S
S·S·AVT·MVTINA·INEO·IVDICIO·INCLVDEI·CONCIPEI·CVRET·NISE
IEI·QVOS·INTER·ID·IVDICIVM·ACCIPIETVR·LEISVE·CONTESTABITVR
IEIS·NOMINIBVS·FVERINT·QVAE·INEARVM·QVA·FORMVLA·S·S·EST
50 ET·NISEI·SEI·MVTINAE·EA·RES·AGETVR·NEIVE·QVIS·MAG·PROVE·MAG
NEIVE·QVIS·PRO·QVO·IMPERIO·POTESTATEVE·ERIT·INTERCEDITO·NEI
VE·QVID·ALIVD·FACITO·QVO·MINVS·DE·EA·RE·ITA·IVDICIVM·DETVR

(pag. 2)

1 IVDICETVRQVE
A·QVOQVOMQ PECVNIA·CERTA·CREDITA·SIGNATA·FORMA·P·P·R·INEORVM·
XXI QVO·O·M·C·P
F·V·C·C·TVE·QVAE·SVNT·ERVNTVE·INGALLIA·CISALPEINA·PETETVR·QVAE·
RES·NON
PLVRIS·HS·XV·ERIT·SEI·IS·EAM·PECVNIAM·INIVRE·APVD·EVM·QVEI·IBEI·I·D·
P·EI·QVEI
5 EAM·PETET·AVT·EI·QVOIVS·NOMINE·AB·EO·PETETVR·D·O·DEBEREVE·SE·
CONFESSVS
ERIT·NEQVE·ID·QVOD·CONFESSVS·ERIT·SOLVET·SATISVE·FACIET·AVT·SE·
SPONSIONE
IVDICIOQVE·VTEIVE·OPORTEBIT·NON·DEFENDET·SEIVE·IS·IBEI·D·E·R·
INIVRE·NON

Digitized by Google

RESPONDERIT·NEQVE·D·E·R·SPONSIONEM·FACIET·NEQVE·IVDICIO·VTEI·
OPORTEBIT
SE·DEFENDET·TVM·DE·EO·AQVO·EA·PECVNIA·PETEITA·ERIT·DEQVE·EO·
QVOI·EAM
10 PECVNIAM·D·O·S·RES·LEX·IVS CAVSSAQVE·O·O·R·ESTO·ATQVE·VTEI·ESSET·
ESSEVE
OPORTERET·SEI·IS·QVEI·ITA·CONFESSVS·ERIT·AVT·D·E·R·NON·RESPON
DERIT·AVT·SE
SPONSIONE·IVDICIOQVE·VTEI·OPORTEBIT·NON·DEFENDERIT·EIVS·PE
CVNIAE·IEI
QVEI·EAM·SVO·NOMINE·PETIERIT·QVOIVE·EAM·D·O·EX·IVDICIEIS·DATEIS·IVDI
CAREVE·RECTE·IVSSEIS·IVRE·LEGE·DAMNATVS·ESSET·FVISSET·QVOIQVE·
QVOMQVE
15 II·VIR·IIII·VIR·PRAEFEC VE·VBEI·I·D·P·IS·EVM·QVEI·ITA·QVID·CONFESSVS·ERIT
NEQVE·ID·SOLVET·SATISVE·FACIET·EVM·QVEI·SE·SPONSIONE·IVDICIOVE·
VTEIVE
OPORTEBIT·NON·DEFENDERIT·AVT·INIVRE·NON·RESPONDERIT·NEQVE·
ID·SOLVET
SATISVE·FACIET·T·P·QVANTA·EA·PECVNIA·ERIT·DE·QVA TVM·INTER·
EOS·AM
BIGETVR·DVM·T· $\overline{\text{XV}}$·S·F·S·DVCI·IVBETO·QVEIQVE·EORVM·QVEM·ADQVEM
20 EA·RES·PERTINEBIT·DVXSERIT·ID·EI·FRAVDI·POENAEVE·NE·ESTO·QVODQVE·
ITA·FAC
TVM·ACTVM·IVSSVM·ERIT·ID·IVS·RATVMQVE·ESTO·QVO·MINVS·INEVM·
QVEI·ITA
VADIMONIVM·ROMAM·EXDECRETO·EIVS QVEI·IBEI·I·D·P·NON·PROMEIS
SERIT
AVT·VINDICEM·LOCVPLETEM·ITA·NON·DEDERIT·OB·E·R·IVDICIVM·RECVP·
IS·QVEI
IBEI·I·D·PR·EX·H·L·DET·IVDICAREIQVE·D·E·R·IBEI·CVRET·EX·H·L·N·R
25 A·QVO·QVID·PRAETER·PECVNIAM·CERTAM·CREDITAM·SIGNATAM·FORMA·
XXII P·P·R
INEORVM·QVO·O·M·C·P·E·V·C·C·TVE·QVAE·SVNT·ERVNTVE·INGALLIA·CIS
ALPEIS
PETETVR·QVODVE·QVOM·EO·AGETVR·QVAE·RES·NON·PLVRIS ~~H·S·~~$\overline{\text{XV}}$·ERIT·
ET·SEI
EA·RES·ERIT·DE·QVARE·OMNEI PECVNIA·IBEI IVS·DEICEI·IVDICIAVE·DAREI·
EX·H·L·D·O
SEI·IS·EAM·REM·QVAE ITA·AB·EO·PETETVR·DEVE·EA·RE·CVM·EO·AGETVR·EI·
QVEI·EAM
30 PETET·DEVE·EA·RE·AGEI·AVT·IEI·QVOIVS·NOMINE·AB·EO·PETETVR·
QVOMVE·EO·AGE

Digitized by Google

TVR·INIVRE·APVD·EVM·QVEI·IBEI·I·D·P·D·E·P·RESTITVEREVE·OPORTERE·AVT
SE·DEBERE·EIVSVE·EAM·REM·ESSE·AVT·SE·EAM·HABERE·EAMVE·REM·DE
QVA·ARGVETVR·SE·FECISSE·OBLIGATVMVE·SE· EIVS·REI · NOXSIAEVE · ESSE·
CONFES
SVS·ERIT·DEIXSERITVE·NEQVE·D·E·R·SATIS·VTEI·OPORTEBIT·FACIET·AVT·SEI·
35 SPON
SIONEM FIEREI·OPORTEBIT·SPONSIONEM·NON·FACIET·NON · RESTITVET
NEQVE·SE·IVDICIO·VTEI·OPORTEBIT·DEFENDET·AVT·SEI·D·E·R·INIVRE
NIHIL·RESPONDERIT·NEQVE·D·E·R·SE·IVDICIO·VTEI·OPORTEBIT·DEFENDET
TVM·DE·EO·AQVO·EA·RES·ITA·PETETVR·QVOMVE·EO·D · E · R · ITA· AGETVR·
DEQVE
EO·QVOI·EAM·REM·D·F·P·RESTITVI·SATISVE·D·E·R·FIEREI·OPORTEBIT
40 S·L·R·I·C·Q·O·O·R·E·ATQVE·VTEI·ESSET·ESSEVE·OPORTERET·SEI·IS · QVEI · ITA
QVID·EARVM·RERVM·CONFESSVS ERIT·AVT·D·E·R·NON·RESPONDERIT·NEQ
SE·IVDICIO·VTEI·OPORTEBIT·DEFENDERIT·DE·IEIS·REBVS · ROMAE · APVD · PR
EVMVE·QVEI·DE·IEIS·REBVS·ROMAE·I·D·P·ESSET·INIVRE·CONFESSVS·ESSET
AVT·IBEI·D·E·R·NIHIL·RESPONDISSET·AVT·IVDICIO·SE·NON·DEFENDISSET
45 PR·Q·ISVE·QVEI·D·E·R·ROMAE·I·D·P·INEVM·ET·INHEREDEM·EIVS·D·E·R·OM
NIBVS·ITA·IVS·DEICITO·DECERNITO·EOSQVE·DVCI·BONA·EORVM·POSSIDERI
PROSCREIBEIVE·VENEIREQVE·IVBETO·AC·SEI·IS·HERESVE·EIVS·D·E·R·IN
IVRE·APVD·EVM·PR·EVMVE·QVEI·ROMAE·I·D·P·PRAESSE·CONFESSVS·ES
SET·AVT·D·E·R·NIHIL·RESPONDISSE·NEQVE·SE·IVDICIO·VTEI·OPORTVIS
50 SET·DEFENDISSET·DVM·NEQVIS·D·E·R·NISEI·PR·ISVE·QVEI·ROMAE·I·D·P·
EORVM·QVOIVS·BONA·POSSIDEREI·PROSCREIBEI·VENEIRE·DVCFIQVE
EVM·IVBEAT
QVEIQVOMQVE·INEORVM·QVO·O·M·C·P·F·V·C·C·T·VE·QVAE·INGAL
XXIII LIA·CISALPEINA·SVNT·ERVNT·I D P·IS·INTER·EOS·QVEI·DE·FAMI
55 LIAEERCEISCVNDA·DEIVIDVNDA·IVDICIVM·SIBEI·DAREI·REDDEI·VE
INEORVM·QVO·O·M·C·P·F·V·C·C·T·VE·QVAE·S·S·S·POSTV
LAVERINT·ITA·IVS·DEICITO·DECERNITO·IVDICIA DATO·IVDICARE
IVBETO·VTEI·INEO·O·M·C·P·F·V · C · C · T · VE · INQVO · IS · QVOIVS // **de boneis agetur domicilium habuerit iudicium fiat** .....

Galliae Cisalpinae nomine totus ille tractus olim appellatus est qui ab Aesi flumine ad Alpes usque porrigebatur. Parebat autem consulibus iisdemque magistratibus quibus urbs Roma et terra Italia, donec Sulla, quo auctore fines Italiae ab Aesi ad Rubiconem prolati videntur, in provinciae formam redegit, quae tamen sublata est post pugnam philippensem a. 712. In ea regione fuere Cispadani et Transpadani, coloniae civium romanorum et latini iuris. Cispadanis omnibus civitas data est a. 665 bello sociali, Transpadanorum vero qui latini iuris fuerunt cives romani facti sunt, reliquis lege Pompeia primum coloniarum latinarum ius datum est, dehinc

Digitized by Google

a. 705 a C. Caesare civitatem acceperunt. Quibus positis aetas legis, ad quam tabula haec quarta pertinet, quae sit, facile intelligitur: nec enim ferri potuit postquam Galliae Cisalpinae provincia sublata est, neque eo tempore quo nondum Transpadanis latini iuris civitas a Caesare donata erat. Qui si eius conditionis cives aliqui essent, lex, quae civibus romanis data est, colonias, municipia et oppida civium romanorum ab iis quae latini iuris essent in solemni formula distinxisset. Hanc vero legem, rogatore Rubrio, latam, Rubriam esse, omnes consentiunt. Haec ex doctrina Mommsenii, cui Rubrius iurisdictionem magistratuum municipalium per universam provinciam lege lata confirmasse videtur et ordinasse. Cum enim antiquo iure civibus romanis ius non dixissent nisi magistratus urbani, oportuit modo in civium romanorum provincia ut esset municipalis aliqua iuris dictio, in qua describenda finibusque inter eam et urbanam regendis lex haec versatur tota.

Errores fabriles in tabulae pagina prima sic emendatur. — V. 2 INTERDEICETVE. — 9 I·D.P. — 15 iubeatur, addit Momms. — 22 ANTE. — 27 OPORTERET. — 28 is, addit Huschke. — 33 FACTVM. — 36 H-S omissum adde. — 37 LICINIVM. — 38 PRAEFECTVE. — 43 ACCIPIETVR·INCLVDANTVR. — 44 OPORTERE·EI·VIDEBVNTVR. — 46 QVAE. — 47 MVTINAM. — 49 EST, dele.

In pagina secunda V. 7 VTEI, dele VE. — 15 IBEI. — 16 EVM·VE, Ritsch. — 19 H-S omissum supple. — 26 F. — 29 adde, REM. — 31 D·F·P. — 35 adde, AVT ante NON·RESTITVET. — 43 PRAESSET pro P·ESSET. — 48 EVM delet Ritsch. — 51 DVCEIQVE. — 55 FAMILIA.

1060. (= 206, XXXIII, XXXIV). — Lex Iulia municipalis in agro Pisticci reperta.

QVEM·H·L·AD·COS·PROFITEREI·OPORTEBIT·SEI·IS·QVOM·EVM·PROFITEREI·
OPORTEBIT·ROMAE·NON·ERIT·TVM·QVEI·EIVS
NECOTIA·CVRABIT·IS·EAFDEM·OMNIA·QVAE·EVM·QVOIVS·NEGOTIA·
CVRABIT·SEI·ROMAE·ESSET·H·L·PROFITEREI
OPORTEBIT·ITEM·ISDEMQVE·DIEBVS·AD·COS·PROFITEMINO
QVEM·H·L·AD·COS·PROFITEREI·OPORTEBIT·SEI·IS·PVP·SEIVE·EA·VQ·ERIT·
TVM·QVEI·EIVS·PVP·VQ·VE·TVTOR·ERIT·ITEM·EADEM
QVE·OMNIA·IN·IISDEM·DIEBVS·AD·COS·PROFITEMINO·ITA·VTEI·EI·
QVAE QVIBVSQVE·DIIBVS·EVM·EAMVE·SEI·PVP·VQ·VE·NON
EST·H·L·PROFITEREI·OPORTERET
SEI·COS·ATQVE·H·L·PROFESSIONES·FIEREI·OPORTEBIT·ROMAE·NON·
ERIT·TVM·IS QVEM·PROFITEREI·OPORTEBIT·QVOD·EVM·PROFITEREI
OPORTEBIT·AD·PR·VRB·AVT·SEI·IS·ROMAE·NON·ERIT·ADEVM·PR·QVEI·
INTER·PEREGRINOS·IVS·DEICET·PROFITEMENO·ITA·VTEI
EVM·AD·COS·SEI·TVM·ROMAE·ESSET·H·L·PROFITEREI·OPORTERET

Digitized by Google

10 SEI·EX·EIS·COS·ET·PR·AD· QVOS· H · L· PROFESSIONES · FIEREI · OPORTEBIT·
NEMO·EORVM·ROMAE·ERIT·TVM·IS QVEM·PROFITEREI·OPORTEBIT
ET·QVOD·EVM·EVM·PROFITEREI·OPORTEBIT·AD·TR · PL· PROFITEMINO·
ITA·VTET·EVM·AD·COS·PR·VRB·EVMQVE·QVEI·INTER·PEREGRI
NOS·IVS·DEICET·SEI·TVM·ROMAE·ESSET·H·L·PROFITEREI·OPORTERET
QVOD·QVEMQVEM · H · L· PROFITEREI · OPORTEBIT · IS·APVD·QVEM·EA· PRO
FESSIO·FIET·EIVS QVE·PROFITEBITVR·NOMEN ET·EA·QVAE·PRO
FESSVS·ERIT·ET·QVO· DIE · PROFESSVS · SIT · INTABVLAS · PVBLICAS · REFE
RVNDA·CVRATO·EADEMQVE·OMNIA·QVAE·VTEIQVE·INTABVLAS
15 RETTVLERIT·ETA· INTABVLAM · IN · ALBVM · REFERVNDA · IDQVE·APVT·
EORVM·ET·QVOM·FRVMENTVM·POPVLO·DABITVR · IBEI · VBEI · FRVMEN
TVM·POPVLO·DABITVR·COTTIDIE·MAIOREM·PARTEM·DIEI·PROPOSITVM·
HABETO·V·D·P·R·L·P
QVEIQVOMQVE·FRVMENTVM·POPVLO·DABVNT·DAMDVMVE·CVRABIT·NEI
QVE·EORVM·QVORVM·NOMINA·H·L·AD·COS·PR·TR·PL·INTA
BVLA·INALBO·PROPOSITA·ERVNT· FRVMENTVM · DATO · NEVE · DARE ·
IVBETO·NEVE·SINITO·QVEI·AD·VERSVS·EA·EORVM · QVEI · FRVMENTVM
DEDERIT·IS·IN·TR·M·I·HS · DD · POPVLO · DARE · DAMNAS · ESTO · EIVSQVE·
PECVNIAE·QVEI·VOLET·PETITIO·ESTO·
20 QVAE VIAE·IN·VRBEM·ROM·PROPIVSVE·V·R·P·Φ ·VBEI · CONTINENTE · HABI
TABITVR·SVNT·ERVNT·QVOIVS·ANTE·AEDIFICIVM·EARVM·QVAE
VIAE·ERVNT·IS·EAM·VIAM·ARBITRATV·EIVS·AED·QVOI·EA·PARS·VRBIS · H·
L·OB·VENERIT·TVEATVR·ISQVE·AED·CVRATO·VTI·QVORVM
ANTE·AEDIFICIVM·ERIT·QVAMQVE·VIAM · H · L· QVEMQVE · TVERI · OPOR
TEBIT·EI·OMNES·EAM VIAM·ARBITRATV·EIVS·TVEANTVR·NEVE·EO
LOCO·AO·CONSISTAT·QVOMINVS·CONMODE·POPVLVS·EA·VIA·VTATVR
AED·CVR·AED·PL·QVEI·NVNC·SVNT·QVEIQVOMQVE · POST · H · L · R · FACTEI·
CREATEI·ERVNT·EVMVE·MAG·INIERINT·IEI·INDIEBVS·V·PROXVMEIS
25 QVIBVS·EO·MAC·DESIGNATEI·ERVNT·EVMVE· MAG · INIERINT · INTER · SE·
PARANTO·AVT·SORTIVNTO·QVA·INPARTEI·VRBIS·QVISQVE
EORVM · VIAS · PVBLICAS · IN · VRBEM · ROMA · PROPIVSVE · V · R · P · ∠ · REFI
CIVNDAS·STERNENDAS·CVRET·EIVSQVE·REI·PROCVRATIONEM
HABEAT·QVAE·PARS·QVOIQVE·AED·ITA·H·L·OB·VENERIT·EIVS·AED·INEIS·
LOCEIS·QVAE·INEA·PARTEI·ERVNT·VIARVM·REFICIEN
DARVM·TVEMDARVM·PROCVRATIO·ESTO·VTEI·H·L·OPORTEBIT
QVAE·VIAM·PER·AEDEM · SACRAM · ET·AEDIFICIVM · LOCVM ·VE · PVBLICVM ·
ET·INTER·AEDIFICIVM·PRIVATVM·EST·ERIT·EIVS
30 VIAE·PARTEM·DIMIDIAM·IS·AED·QVOI·EA·PARS·VRBIS·OB·VENERIT·INQVA·
PARTE·EA·AEDIS·SACRA·ERIT·SEIVE AEDIFICIVM
PVBLICVM·SEIVE·LOCVS·PVBLICVS·TVEMDAM·LOCATO
QVEMQVOMQVE·ANTE·SVVM·AEDIFICIVM ·VIAM · PVBLICAM · H · L·TVERI ·
OPORTEBIT·QVEI·EORVM·EAM·VIAM·ARBITRATV·EIVS·AED

Digitized by Google

QVOIVS·OPORTVERIT NON·TVEBITVR·EAM·VIAM·AED·QVOIVS·ARBI
TRATV·EAM·TVEREI·OPORTVERIT·TVEMDAM·LOCATO
ISQVE·AED·DIEBVS·NE MINVS·X·ANTEQVAM·LOCET·APVT·FORVM·
ANTE·TRIBVNALE·SVOM·PROPOSITVM·HABETO·QVAM
35 VIAM·TVENDAM·ET·QVO DIE·LOCATVRVS·SIT·EI·QVORVM·ANTE·AEDI
FICIVM·EA·VIA·SIT·EISQVE·QVORVM·ANTE·AEDIFICIVM
EA·VIA·ERIT·PROCVRATORIBVSVE·EORVM·DOMVM·DENVNTIETVR·
FACITO·SE·EAM·VIAM·LOCATVRVM·ET·QVODIE·LOCATVRVS
SIT·EAMQVE·LOCATIONEM·PALAM·IN·FORO·PER·Q·VRB EVMVE·QVEI·
AERARIO·PRAERIT·FACITO QVAMTA·PECVNIA·EAM
VIAM·LOCAVERIT·TAMTAE·PECVNIAE·EVM·OSQVE·QVORVM·ANTE·
AEDIFICIVM·EA·VIA·ERIT·PROPORTIONI·QVAMTVM
QVOIVSQVE·ANTE·AEDIFICIVM·VIAE·INLONGITVDINE·ET·INLATITVDINE·
ERIT·Q·VRB·QVEIVE·AERARIO·PRAERIT·INTABVLA
40 PVBLICAS·PECVNIAE·FACTAE·REFERVNDVM·CVRATO·EI·QVII·EAM·VIAM·
TVEMDAM·REDEMERIT·TAMTAE·PECVNIAE·EVM·EOS
VE·AD·TRIBVITO·SINE·D·M·SEI·IS·QVEI·AD·TRIBVTVS·ERIT·EAM·PECVNIAM·
DIEBVS·XXX·PROXVMIIS·QVIBVS·IPSE·AVT·PRO
CVRATOR·EIVS·SCIET·ADTRIBVTIONEM·FACTAM·ESSE·EI·OVOI·AD·TRI
BVTVS·ERIT·NON·SOLVERIT·NEQVE·SATIS·FECERIT·IS
QVAMTAE·PECVNIAE·AD·TRIBVTVS·ERIT·TAMTAM·PECVNIAM·ET·EIVS·
DIMIDIVM·EI·QVOI·AD·TRIBVTVS·ERIT·DAPE·DEBETO
INQVE·EAM RIM·IS QVO·QVOMQVE·DE·EA RE·ADITVM·ERIT·IVDICEM·
IVDICIVMVE·ITA·DATO·VTEI·DEPECVNIA·CREDITA
45 IVDICIVMQVE·DARI·OPORTEBIT
QVAM·VIAM·H·L·TVEMDAM·LOCARI·OPORTEBIT·AED QVEM·EAM·VIAM·
TVENDAM·LOCARE·OPORTEBIT·IS·EAM·VIAM·PER
Q·VRB·QVEIVE·AERARIO·PRAERIT·TVEMDAM·LOCATO·VTEI·EAM·VIAM·
ARBITRAIV·EIVS·QVEI·EAM·VIAM·LOCANDAM
CVRAVERIT·TVEATVR·QVAMTAM·PECVNIAM·ITA·QVAEQVE·VIA
LOCATA·ERIT·T·P·Q·VRB·QVEIVE·AERARIO·PRAERIT
REDEMPTOREI·QVOI·ELEGE·LOCATIONIS·DARI·OPORTEBIT·HEREDEIVE·
EIVS·DAMDAM·AD·TRIBVENDAM·CVRATO
50 QVOMINVS·AED·ET·IIII·VIR·VIEIS·IN·VRBEM·PVRGANDEIS·II·VIR·VIEIS·EXTRA·
PROPIVSVE·VRBEM·ROM·PASSVS·
PVRGANDEIS·QVEIQVOMQVE·ERVNT·VIAS·PVBLICAS·PVRGANDAS·
CVRENT·EIVSQVE·REI·POTESTATEM·HABEANT
ITA·VTEI·LEGIBVS·PL·VE·SC·S·C·OPORTET·OPORTEBIT·EVM·H·L·N·R
QVOIVS·ANTE·AEDIFICIVM·SEMITA·INLOCO·ERIT·IS·EAM·SEMITAM·EO·
AEDIFICIO·PERPETVO·LAPIDIBVS·PERPETVEIS
INTEGREIS·CONTINENTEM·CONSTRATAM·RECTE·HABETO·ARBITRATV·
EIVS·AED·QVOIVS·INEA·PARTE·H·L·VIARVM

Digitized by Google

55 PROCVRATOR·ERIT
QVAE·VIAE·IN·V·R·SVNT·ERVNT·INTRA·EA·LOCA·VBI·CONTINENTI·
HABITABETVR·NEQVIS·INIEIS·VIEIS·POST·K·IANVAR
PRIMAS·PLOSTRVM·INTERDIV·POST·SOLEM·ORTVM·NEVE·ANTE·HORAM·
X·DIEI·DVCITO·AGITO·NISI·QVOD·AEDIVM
SACRARVM·DEORVM·INMORTALIVM·CAVSSA·AEDIFICANDARVM·
OPERISVE·PVBLICE·FACIVMDEI·CAVSA·ADVHEI·PORTA
RI·OPORTEBIT·AVT·QVOD·EX·VRBE·EX·VE·IEIS·LOCEIS·EARVM·RERVM·
QVAE·PVBLICE·DEMOLIENDA·LOCA·ERVNT·PVBLI
60 CE·EX·PORTAREI·OPORTEBIT·ET·QVARVM·RERVM·CAVSSA·PLOSTRA·H·
L·CERTEIS·HOMINIBVS·CERTEIS·DE·CAVSEIS·AGERE
DVCERE·LICEBIT
QVIBVS·DIEBVS·VIRGINES·VESTALES·REX·SACRORVM·FLAMINES·
PLOSTREIS·IN·VRBE SACRORVM·PVBLICORVM·P·R·CAVSSA
VEHI·OPORTEBIT·QVAEQVE·PLOSTRA·TRIVMPHI·CAVSSA·QVODIE·
QVISQVE·TRIVMPHAVIT·DVCEI·OPORTEBIT·QVAEQVE
PLOSTRA·LVDORVM·QVEI·ROMAE·AVT·VRBEI·ROMAE·PVBLICE·FEIENT·
INVE·POMPAM·LVDEIS·CIRCIENSIBVS·DVCEI·AGEI·OPVS
65 ERIT·QVOVE·MINVS·EARVM·RERVM·CAVSSA·EISQVE·DIEBVS·PLOSTRA·
INTERDIV·IN·VRBE·DVCANTVR·AGANTVR·E·H·L·N·R
QVAE·PLOSTRA·NOCTV·IN·VRBEM·INDVCTA·ERVNT·QVOMINVS·EA·
PLOSTRA·INANIA·AVT·STERCORIS·EX·PORTANDEI·CAVSSA
POST·SOLEM·ORTVM·H·X·DIEI·BVBVS·IVMENTEIS·VE·IVNCTA·IN·V·R·ET·
AB·VR·P·M·ESSE·LICEAT·E·H·L·N·R
QVAE·LOCA·PVBLICA·PORTICVSVE·BVBLICAE·IN·V·R·P·VE·V·R·P·ↄ·SVNT·
ERVNT·QVORVM·LOCORVM·QVOIVSQVE·PORTICVS
AEDILIVM·FORVMVE·MAG·QVEI·VIEIS·LOCEISQVE·PVBLICE·IS·V·R·P·VE·V·
R·P·ↄ·PVRGANDEIS·PRAERVNT·LEGIBVS
70 PROCVRATIO·EST·ERIT·NEIQVIS·IN·IEIS·LOCEIS·INVE·IEIS·PORTICIBVS·
QVID·IN·AEDIFICATVM·INMOLITOMVE·HABETO
NEVE·EA·LOCA·PORTICVMVE·QVAM·POSSIDETO·NEVE·EORVM·QVOD·
SAEPTVM·CLAVSVMVE·HABETO·QVOMINVS·EIS
LOCEIS·PORTICIBVSQVE·POPVLVS·VTATVR·PATEANTVE·NISI·QVIBVS·
VTEIQVE·LEG·PL·VE·SC·S·VE·C·CONCESSVM·PERMISSVMVE·E
QVIBVS·LOCEIS·EX·LEGE·LOCATIONIS·QVAM·CENSOR·ALIVSVE·QVIS·MAG·
PVBLICEIS·VECTIGALIBVS·VLTROVE·TRIBVTEIS
FRVENDEIS·TVENDEIS·VE·DIXET·DIXERIT·EIS·QVEI·EA·FRVENDA·
TVENDAVE·CONDVCTA·HABEBVNT·VT·VTEI·FRVEI·LICEAT
75 aVT·VTEI·EA·AB·EIS·CVSTODIANTVR·CAVTVM·EST·EI·QVOMINVS·IEIS·
LOCEIS·VTANTVR·FRVANTVR·ITA·VTEI·QVOQVE·EORVM
EX·LEGE·LOCATIONIS·IEIS·VTEI·FRVEI·LICEBIT·EX·H·L·N·R

Digitized by Google

QVOS·LVDos·QVISQVE·ROMAE·P·VE·V·R·P·ꝏ·FACIET·QVOMINVS·EI·EORVM·
LVDORVM·CAVSSA·SCAENAM·PVLPITVM·CETERAQVE
QVAE · AD · EOS · LVDOS · OPVS · ERVNT · INLOCO · PVBLICO · PONERE·
STATVERE·EISQVE·DIEBVS·QVIBVS·EOS·FACIET·LOCO·PVBLICO·VTEI
LICEAT·E·H·L·N·R
80 QVEI · SCRIBAE · LIBRAREI · MAGISTRATIBVS·APPAREBVNT· EI · QVOMINVS·
LOCEIS·PVBLICEIS·VBEI·IS·QVISQVE·EORVM·APPAREBVNT
IVSERIT·APPARENDI·CAVSSA·VTANTVR·E·H·L·N·R·
QVAE · LOCA·SERVEIS · PVBLICEIS·AB · CENS·HABITANDEI·VTENDEI·CAVSSA·
AD·TRIBVTA·SVNT·EI·QVOMINVS·EIS·LOCEIS·VTANTVR·E·H·L·N·R
QVEIQVOMQVE · INMVNICIPIEIS · COLONEIS · PRAEFECTVREIS FOREIS ·
CONCILIABVLEIS·C·R·II·VIR·IIII·VIR·ERVNT·ALIOVE
QVO · NOMINE · MAG · POTESTATEMVE · SVERAGIO · EORVM · QVEI ·
QVOIVSQVE·MVNICIPIA·COLONIAE·PRAEFECTVRAE·
85 FORO·CONCILIABVLI · ERVNT· HABEBVNT· NEIQVIS · EORVMQVE · INEO·
MVNICIPIO·COLONIAE·PRAEFECTVRAT·EORO·CONCILIA
BVLO · SENATVM · DECVRIONES · CONSCRIPTOSVE · LEGITO · NEVE
SVBLEGITO·NEVE·COAPTATO·NEVE·RECITANDOS·CVRATO
NISI · INDEMORTVEI · DAMNATEIVE · LOCVM · EIVSVE · QVEI · CONFESSVS·
ERIT·SE·SENATOREM·DECVRIONEM·CONSCREIPTVMVE
IBEI·H·L·ESSE·NON·LICERE
QVEI · MINOR ·ANNOS · XXX· NATVS · EST · ERIT · NEIQVIS · EORVM · POST · K·
IANVAR·SECVNDAS·INMVNICIPIO·COLONIA·PRAEFE
90 CTVRA · II ·VIR · IIII·VIR · NEVE · QVEM·ALIVM·MAG·PETITO·NEVE·CAPITO·
NEVE·GERITO·NISEI·QVEI·EORVM·STIPENDIA
EQVO·IN·LEGIONE·III·AVT·PEDESTRIA·IN· LEGIONE·VI · FECERIT · QVAE·
STIPENDIA·IN·CASTREIS·INVE·PROVINCIA·MAIORA
PARTEM·SVI · QVOIVSQVE ·ANNI · FECERIT·AVT· BINA · SEMESIRIA · QVAE·
EI · PRO · SINGVLEIS ·ANNEIS · PROCEDERE · OPORTEAT
AVT·EI·VOCATO·REI·MILITARIS·LEGIBVS·PL·VE·SC·EXVE· FOIDERE · ERIT·
QVOCIRCA·EVM·INVEITVM·MERERE·NON
OPORTEAT · NEVE · QVISQVE · PRAECONIVM · DISSIGNATIONEM ·
LIBITINAMVE·FACIET·DVM·EORVM·QVID·FACIET·INMVNI
95 CIPIO · COLONIA· PRAEFECTVRA · II ·VIR · IIII VIR ·ALIVMVE · QVEM·MAG·
PETITO·NEVE·CAPITO·NEVE·GERITO·NEVE·HABETO
NEVE·IBEI·SENATOR·NEVE·DECVRIO· NEVE · CONSCRIPTVS · ESTO · NEVE·
SENTENTIAM·DICITO·QVEI·EORVM·EXEIS·QVEI·S·S·S·
ADVERSVS · EA· FECERIT · IS · H-S · Iᴉᴉᴉ · P · D · D · E · EIVSQVE · PECVNIAE · QVEI
VOLET·PETITIO·ESTO
QVEIQVOMQVEIN · MVNICIPIO · COLONIA · PRAEFECTVRA· POST · K · QVICT·
PRIM·COMITIA·II·VIR·IIR·VIR·ALEIVE·QVOI·MAG

Digitized by Google

ROGANDO · SVB · ROGANDOVE · HABEBIT IS · NEQVEMQVEI · MINOR ·
ANNEIS· ·NATVS·EST·ERIT·II·VIR·III·VIR·QVEI·IBEI
100 ALIVM·MAG·HABEAT·RENVNTIATO·NEVE·RENVNTIAREI · IVBETO · NISI·
QVEI·STIPENDIA·EQVO·INLEGIONE·III·AVT·STI
PENDIA · PEDESTRIA · IN · LEGIONE · VI · FECERIT · QVAESTIPENDIA ·
INCASTREIS·INVE·PROVINCIA·MAIOREM·PARTEM·SVI
QVOIVSQVE · ANNI · FECERIT · AVT · BINA · SEMESTRIA · QVA · EI · PRO ·
SINGVLEIS·ANNVEIS·PROCEDERE·OPORTEAT·CVM·EO
QVOD·EI·LEGIBVS·PL·VE·SC· PROCEDERTOPORTEBIT·AVT· EI·VOCATIO·
REI·MILITARIS·LEGIBVS·PL·VE·SC·EX·VE·FOEDERE
ERIT·QVO·CIRCA·EVM·INVITVM·MERERE· NON · OPORTEAT· NEVE· EVM ·
QVEI · PRAECONIVM · DISSIGNATIONEM · LIBITINANVE
105 FACIET · DVM · EORVM·QVID·FACIET·II · VIR · IIIF · VIR · QVEIVE · IBEI · MAG·
SIT · RENVNTIATO · NEVE·INSENATVM·NEVE·INDE
CVRIONVM · CONSCRIPTORVM · NVMERO · LEGITO · SVB · LEGITO ·
COPTATO·NEVE·SENTENTIAM·ROGATO·NEVE·DICERE·NEVE
FERRE·IVBETO·SC·D·M·QVEI·AD·VERSVS · EA· FECERIT · IS · ~~H~~S · IIII · P · D · D ·
ESTO·EIVSQVE·PECVNIAE·QVEI·VOLET·PETITIO·ESTO
QVAE · MVNICIPIA · COLONIA · PRAEFECTVRA · FORA · CONCILIABVLA · C · R ·
SVNT·ERVNT·NEIQVIS·INEORVM·QVO·MVNICIPIO
COLONIA · PRAEFECTVRA · CONCILIABVLO · SENATV · DECVRIONIBVS ·
CONSCREIPTEISQVE·ESTO·NEVE·QVOE·IBI·INEO·ORDINE
110 SENTEMTIAM · DEICERE · FERRE · LICETO · QVEI · FVRTEI · QVODISPEFECIT ·
FECERIT·CONDEMNATVS·PACTVSVE·EST·ERIT·
QVEIVE·IVDICIO·FIDVCIO·PRO·SOCIO·TVTELAE· MANDATEI · INIVRIARVM·
DEVE·D·M·CONDEMNATVS·EST·ERIT·QVEIVE·LEGE
PLAETORIA· OB · EAMVE · REM · QVOD·ADVERSVS · EAM · LEGEM · FECET ·
FECERIT·CONDEMNATVS·EST·ERIT·QVEIVE·DEPVGNANDEI
CAVSSA · AVCTORATVS · EST · ERIT · FVIT · FVERIT · QVEIVE · INIVRE · AB ·
IVRAVERIT · BONAMVE · COPIAM · IVRAVIT · IVRAVERIT · QVEI ·
SPONSORIBVS·CREDITORIBVSVE·SVEIS·RENVNTIAVIT·RENVNTIAVERIT·
SE·SOLDVM·SOLVERE·NON POSSE·AVT·CVM·EIS
115 PACTVS · EST · ERIT · SE · SOLDVM · SOLVERE · NON · POSSE · PROVE · QVO ·
DATVM·DEPENSVM·EST·ERIT·QVOIVSVE·BONA·EX·EDICTO
EIVS·QVEID·PRAEFVIT·PRAEFVERIT·PRAETERQVAM · SEI·QVOIVS·QVOM·
PVPILLVS·ESSET·REIVE·PVBLICAE·CAVSSA·ABESSET
NEQVE · D · M · FECIT · FECERIT · QVO · MAGIS · R · P · C · A · POSSESSA ·
PROSCRIPTAVE · SVNT · ERVNT · QVEIVE · IVDICIO · PVBLICO · ROMAE
CONDEMNATVS · EST · ERIT · QVO · CIRCA · EVM · INITALIA · ESSE · NON ·
LICEAT·NEQVE·ININTEGRVM·RESTITVS·EST·ERIT·QVEIVE·INEO
MVNICIPIO · COLONIA · PRAEFECTVRA · FORO · CONCILIABVLO · QVOIVS ·
ERIT·IVDICIO·PVBLICO·CONDEMNATVS·EST·ERITQVEMVE

Digitized by Google

120 K·PRAEVARICATIONIS·CAVSSA·ACCVSSASSE·FECISSEVE·QVOD·IVDICATVM·
EST·ERIT·QVOIVE APVT·EXERCITVM·INONOMINIAE
CAVSSA · ORDO · ADEMPTVS · EST · ERIT · QVEMVE · IMPERATOR · INGNO
MINIAE·CAVSSA·AB·EXEBCITV·DECEDERE·IVSET·IVSERIT
QVEIVE · OB · CAPVT · CR·REFERVNDVM · PECVNIAM·PRAEMIVM·ALIVDVE·
QVID·CEPIT·CEPERIT·QVEIVE·CORPORI·QVAESTVM
FECIT· FECERIT· QVEIVE · LANISTATVRAM ·ARTEMVE · LVDICAM · FECIT·
FECERIT·QVEIVE·LENOCINIVM FACIET·QVEI
ADVERSVS · EA· INMVNICIPIO·COLONIA·PRAEFECTVRAVE· FORO CONCI
LIABVLO·DECVRIONIBVS·CONSCRIPTEISVE·EVERIT·
125 SENTEMTIAMVE·DIXERIT·IS·H·S·IIII · P·D·D·ESTO · EIVSQVE· PECVNIAE·
QVEI VOLET·PETITIO·ESTO
QVOI·H·L·INMVNICIPIO · COLONIA·PRAEFECTVRA· FORO · CONCILIABVLO·
SENA·TOREM·DECVRIONEM·CONSCRIPTVM·ESSE
INQVE·EO·ORDINE·SENTEMTIAM·DICERE·FERRE·NON LICEBIT NEIQVIS
QVEI·INEO·MVNICIPIO·COLONIA·PRAEFECTVRA
FORO·CONCILIABVLO·SENATVM·DECVRIONES·CONSCRIPTOS·HABEBIT·
EVM·INSENATVM·DECVRIONES·CONSCRIPTOS·
IRE · IVBETO · SC · D · M · NEVE · EVM · IBEI·SENTEMTIAM·ROGATO·NEIVE·
DICERE NEIVE FERRE·IVBETO·SC D·M·NEVE·QVISQVE
130 INEO · MVNICIPIO · COLONIA · PRAEFECTVRA · FORO · CONCILIABVLO·
SVFRAGIO·EORVM MAXVMAM·POTESTATEM·HABEBIT
EORVM QVEM IBEI INSENATVM DECVRIONES CONSCRIPTOS·IRE NEVE
INEO NVMERO ESSE NIVE SENTEMTIAM·IBEI·DICERE
FERREVE · SINITO · SC · D · M · NEVE · QVIS EIVS · RATIONEM · COMITIEIS ·
CONCILIOVE · CREATVM·EST · RENVNTIATO·NEVE QVIS
QVEI·IBEI·MAG·POTESTATEMVE·HABEBIT·EVM·CVM · SENATV · DECVRIO
NIBVS·CONSCRIPTOS·SPECTARE·NEIVE·IN·CONVIVIO
PVBLICO·ESSE SINETO SC D M
135 QVIBVS·H·L·INMVNICIPIO·COLONIA·PRAEFECTVRA·FORO CONCILIABVLO·
INSINATVM·DECVRIONIBVS·CONSCRIPTEIS·ESSE
NON·LICEBIT·NIQVIS · EORVM · INMVNICIPIO·COLONIA · PRAEFECTVRA·
FORO·CONCILIABVLO·II·VIR·IIII·VIR·ALIAMVE
QVAM·POTESTATEM·EXQVO·HONORE·IN · EVM · ORDINEM · PERVENIAT·
PETITO·NEVE·CAPITO·NEVE·QVIS·EORVM·LVDEIS
CVMVE · GLADIATORES · IBEI · PVGNABVNT · INLOCO · SENATORIO · DECV
RIONVM·CONSCRIPTORVM·SEDITO·NEVE·SPECTATO
NEVE·CONVIVIVM·PVBLICVM·IS·INITO·NEIVE· QVIS · QVEI·ADVERSVS · EA·
CREATVM·RENVNTIATVM·ERIT·IBEI·II·VIR·IIII·VIR
140 ESTO · NEVE · IBEI · MAG · POTESTATEMVE · HABETO · QVIF · ADVERSVS ·
EA·FECERIT·IS·H·S·IIII·P·D·D·ESTO·EIVSQVE·PECVNIAE·QVEI
VOLET·PETITIO·ESTO·

Digitized by Google

QVAE·MVNICIPIA·COLONIAE·PRAEFECTVRAE·C·R·IN·ITALIA·SVNT·ERVNT·
QVEI·INEIS·MVNICIPIEIS·COLONEIS
PRAEFECTVREIS·MAXIMVM·MAG·MAXIMVMVE·POTESTATEM·IBEI·
HABEBIT·TVM·CVM·CENSOR·ALIVSVE
QVIS·MAG·ROMAE·POPVLI·CENSVM·AGET·IS·DIEBVS·LX·PROXVMEIS·
QVIBVS·SCIET·ROMAE·CINSVM·POPVLI
145 AGI·OMNIVM·MVNICIPIVM·COLONORVM·SVORVM·QVEIQVE·EIVS·
PRAEFECTVRAE·ERVNT·Q·C·R·ERVNT·CENSVM
AGVNTO·EORVMQVE·NOMINA·PRAENOMINA·PATRES·AVT·PATRONOS·
TRIBVS·COGNOMINA·ET·QVOT·ANNOS
QVISQVE·EORVM·HABET·ET·RATIONEM·PECVNIAE·EX·FORMVLA·
CENSVS·QVAE·ROMAE·AB·EO·QVI·TVM·CENSVM
POPVLI·ACTVRVS·ERIT·PRO·POSITA·ERIT·ARIEIS·IVRATEIS·ACCIPITO·
EAQVE·OMNIA·INTABVLAS·PVBLICAS·SVI
MVNICIPI·REFERVNDA·CVRATO·EOSQVE·LIBROS·PER·LEGATOS·QVOS·
MAIOR·PARS·DECVRIONVM·CONSCRIPTORVM
150 ADEAM·REM·LEGAREI·MITTEI·CENSVERINT·TVM·CVM·EAS·RES·CONSV
LERETVR·ADEOS·QVEI·ROMAE·CINSVM·AGENT
MITTITO·CVRATO·QVE·VTEI·QVOM·AMPLIVS·DIES·LX·RELIQVEI·ERVNT·
ANTEQVAM·DIEM·EI·QVEIQVOMQVE·ROMAE
CENSVM·AGEI·FINEM·POPVLI·CENSENDI·FACIANT·EOS·ADEAM·
LIBROSQVE·EIVS·MVNICIPI·COLONIAE·PRAEFECTVRAE
EDANT·ISQVE·CENSOR·SEIVE·QVIS·ALIVS·MAG·CENSVM·POPVLI·AGET·
DIEBVS·V·PROXVMEIS·QVIBVS·LEGATEI·EIVS
MVNICIPI·COLONIAE·PRAEFECTVRAE·ADIERINT·EOS·LIBROS·CENSVS·
QVEI·ABIEIS·LEGATEIS·DABVNTVR·ACCIPITO
155 S·D·M·EXQVE·IEIS·LIBREIS·QVAE·IBEI·SCRIPTA·ERVNT·INTABVLAS
PVBLICAS·REFERVNDA·CVRATO·EASQVE·TABVLAS
EODEM·LOCO·VBEI·CETERAE·TABVLAE·PVBLICAE·ERVNT·INQVIBVS·
CENSVS·POPVLI·PERSCRIPTVS·ERIT·CONDENDA·CVRATO
QVI·PLVRIBVS·INMVNICIPIEIS·COLONEIS·PRAEFECTVREIS·DOMICILIVM·
HABEBIT·ET·IS·ROMAE·CENSVS·ERIT·QVO·MAGIS
INMVNICIPIO·COLONIA·PRAEFECTVRA·H·L·CENSEATVR·E·H·L·N·R·
QVEI·LEGE·PL·VE·SC·PERMISSVS·EST·EVIT·VTEI·LEGES·IN·MVNICIPIO·
FVNDANO·MVNICIPIBVSVE·EIVS·MVNICIPI·DARET
160 SEIQVIS·IS·POST·H·L·R·INEO·ANNO·PROXVMO·QVO·H·L·POPVLVS·
IVSERIT·ADEAS·LEGES·MVNICIPIEIS·FVNDANOS
ITEM·TENETO·VTEI·OPORTERET·SEI·EAIRES·ABEO·TVM·QVOM·
PRIMVM·LEGES·EIS·MVNICIPIBVS·LEGE·PL·VE·SC·DEDIT
ADEAS·LEGES·ADDITAE·COMMVTATAE·CONRECTAE·ESSENT·NEVE·QVIS·
INTERCEDITO·NEVE·QVID·FACITO·QVOMINVS
EA·RATA·SINT·QVOVE·MINVS·MVNICIPIS·FVNDANOS·TENEAT·
EISQVE·OPTEMPERETVR.

Digitized by Google

Partem hanc esse legis Iuliae municipalis, quam olim fuisse hoc nomine perlatam, testatur marmor apud Furlanettum, Lap. Pat. p. 88, docti dudum statuerunt. Scripta fuisse videtur a Iulio Caesare in Hispania, cum bello ibi detineretur, prolata vero eius anni 709 parte extrema, nomine ipso, quod prae se fert, satis testante. Errores qui irrepserunt frequentes artificem fabrum produnt imperitum sermonis latini. Huc referas velim novam *m* pro *n* ante *t* vel *d* scribendi rationem, quam is identidem sequitur, quamobrem legimus, *quamta, sentemtia, damdum, tuemdum, faciumdei.* Errores vero fabriles sic emendantur. — V. 2 EAEDEM. — 3 OPORTERET. — 5 ET - DIEBVS. — 6 ESSET pro EST. — 7 AD QVEM pro ATQVE. — 11 dele EVM bis scriptum - VTEI ET pro VTET - adde QVE post PR. — QVEI pro QVE. — 15 ITA post REFERVNDA adde CVRATO - pro EORVM scribe FORVM. — 17 DABIT - pro QVE scribe QVOI. — 18 QVOI pro QVEI. — 21 VIA ERIT. — 23 AQVA pro AO. — 26 ROMAM - Φ pro ⅂. — 29 scribe VIA INTER. — 35 pro EI scribe ET. — 42 QVOI.. — 43 DARE. — 44 REM. — 45 adde IVDICEM - pro QVE scribe VE. — 52 adde VE post S. — 55 PROCVRATIO. — 56 HABITABITVR. — 58 ADVEHEI. — 59 DEMOLIENDAE LOCATAE. — 62 scribe REGEM. — 63 TRIVMPHABIT. — 68 PVBLICAE. — 69 EORVMVE. — 74 DIXIT. — 75 QVOIQVE. — 76 post IEIS supplet Momms. *sine d. m.* — 80 supple QVOI post IS. — 84 SVFRAGIO - MVNICIPI. — 85 FORI - QVEM - COLONIA PRAEFECTVRA FORO. — 86 adde IN ante SENATVM - COPTATO pro COAPTATO. — 91 MAIOREM. — 92 ANNVEIS pro ANNEIS - post OPORTEAT partem formulae quae excidit, supple ex v. 102, 103. — 93 VOCATIO. — 94 QVEI. — 98 COLONIA - QVINCT - IIII·VIR pone pro IIR·VIR. — 99 adde XXX post ANNEIS - IIII·VIR QVEIVE pro III·VIR·QVEI. — 102 QVAE. — 103 PROCEDERE. — 104 LIBITINAMVE. — 108 COLONIAE PRAEFECTVRAE. — 109 adde FORO - IN ante SENATV - QVOI - SENTENTIAM. — 110 IPSE. — 111 FIDVCIAE. — 112 FECIT. — 113 post INIVRE supple BONAM COPIAM ABIVRAVIT - QVEIVE. — 116 QVEI·I·D pro QVID. — 117 post A· adde BONA - post ERVNT adde POSSESSA·PROSCRIPTAVE·SVNT·ERVNT. — 118 RESTITVTVS. — 121 EXERCITV - IVSIT. — 122 CORPORE. — 123 LVDICRAM. — 124 PRAEFECTVRA - post CONCILIABVLO adde IN SENATV - FVERIT. — 127 SENTENTIAM hic et v. 129. — 129 QVEI. — 132 post CONCILIOVE supple HABETO ET SI CREATVS ERIT EVM ADVERSVS H L IEIS COMITIEIS CONCILIOVE - ESSE pone pro EST. — 133 CONSCRIPTEIS LVDOS. — 134 SINITO. — 135 SENATV. — 138 SEDETO. — 139 QVEM pro QVEI. — 140 QVEI pro QVIF. — 143 MAXIMAMVE. — 144 CENSVM. — 146 AGITO. — 148 ABIEIS. — 150 EARES. — 152 AGET - CEN-

Digitized by Google

SENDI - ADEANT. — 156 CONDENDAS. — 159 FVIT. — 160 QVID - 160 post LEGES adde ADDIDERIT COMMVTAVERIT CONREXERIT - lege MVNICIPIS. — 161 EAE. — 163 TENEANT.

1061. (=793, XII, *o*). — Parmae.

L·NA
C
C·CLA
L·CORN u. c. 705.

Consules fuere C. Claudius Marcellus, L. Cornelius Lentulus Crus.

1062. (=619). — Eleusine in epistylio propyli templi Cereris et Proserpinae.

S·AP F·PVLCHE PROPYLVM·CERE·
NAE·COS·VOVIT· PERATO Post a. u. 706.
DIVS·ET·REX·MAR ERVN

In epistylii zophoro manipuli cum modiis alternatim sculpti cernuntur. Appius, nepoti Cai fratris filio (quem adoptavit, quod filios non suscepisset, quique idcirco Pulcher Appius est nominatus) testamento commisit ut cum Marcio Rege ex sorore uxoris nepote propylum perficeret, quem vovit, si proconsule Ciliciam obtinuisset. Titulum ex his historiae fragmentis scite concinnatum Momms. supplevit: Ap. Clodius. Ap. f. Pulcher propylum Cereri et Proserpinae co(n)s(ul) vovit imperator coepit Pulcher Claudius et Rex Marcius fecerunt ex test.

1063. (=735). — Olim Aquis Sextiis.

HERMIA

SΠ·A·D·XV·K·DEC
Q·FVF·P·VAT u. c. 707.

Veronae stanno expressi. Ritschelius (Suppl. IV, p. X) non recte voluit spatium vacuum transferre post consules. Hi fuere Q. Fufius Calenus, P. Vatinius P. f.

1064. (=618). — In rupe Ossae montis.

L·CASSIVS LONGIN
PRO COS
TEMPE MVNIVIT u. c. 706.

Cassius pro consule in Thessaliam missus est a Caesare (B. Civ. III, 35, 55) cum legione tironum, quae appellabatur, XXVII, atque equitibus CC.

Digitized by Google

1065. — Pompeiis in albo tectorio nigro colore pictus titulus.

C · IVLIO · CAEsARE · DICT · ITER
M · ANTONIO · MAG · EQ — u. 707.
MAG·VICI·ET·COMPITI
M·BLATTIVS·M·F
5 M·CERRINIVS·M·F
L · SEPVLLIVS.....
.....
Q·PRA.....
C·CORNE.....
10 .....
P·RO...VS.....S
SALVIVS·E...RO·M·S
ARE·M·LEPIDO·COS — u. c. 708.
BLATTIVS·M·F
15 C ERMATORIVS·P·F
M·TITIVS·M·F·PLVTVS
M·STRONNIVS·M·L·NICIO
M·OPPIVS·S·L·AES.....
C·CEPIDIVS·C.....

Contuli Neapoli in museo. Edidit Minervinius Bull. Ital. a. 1, 7. Sub anni 707 finem consules creati sunt Q. Fufius, P. Vatinius: necesse est igitur ut, quia magistratus Pompeis inibatur Kal. sextilibus (Avellini, Opusc. II, p. 190, 197, 254 seqq.), hi magistri primi creati sint consulibus istis nondum magistratum gerentibus: secundi vero magistratum inierunt C. Caesare M. Lepido cos. a. 708. — V. 16 M·L· Minervinius pro M·F: emendavi ego.

1066. (= 736). — Romae, tessera.

PAMPHILVS
SERVILI · M · S
SPE · K · FEB
C·CAES·M·LEP — a. 708.

C. Iulius Caesar, M. Aemilius Lepidus consules.

1067. (= 737). — Romae, tessera.

RVFIO
PETILLI
SP·ID·NOV
C·IVL·M·AEM — a. 708.

Digitized by Google

1068. (= 620). — Boviani.

IO·CAESARI·IM
DICTAT·ITERV a. 706 aut 708.
VFICI MAX
OS·PATRONO·MV
D C

Titulus mutilus sic suppletur. C. Iulio Caesari imper. dictatori iterum pontufici maximo cos. patrono municipi d(ecurionum) c(onsulto).

1069. (= 621). — Herbusci in epistylio, nunc Brixiae.

C·IVLIVS·CAESAR·PONTIF ·

Supple in fine max. cet.

1070. (= 622). — Albae Aulae (Whitchall) lapis ex Asia advectus.

SERVEILIVS·P
ISAVRICVS·PROCOS u. c. 708.
RES TVIT

V. 1 restitue: P. Serveilius P. f. — V. 3 restituit.

1071. (= 681). — Glans bellica mundensis.

CN·MAG u. c. 709. Est Pompei Magni filius: nec Magnus, ait
IMP Momms., appellari solet, nisi Pompei filius.

1072. (= 794). — Apud Bissium.

NAEVI
COS P. Cornelius Dolabella, Caesari suffectus,
DOLABEL a. 710. M. Antonius consules.
ANTON

1073. (= 623). — In Epiro in antro rupis maritimo, Kyr.

SEX·IVLIVS·SEX·L·MELEOFLVS·O·F u. c. 710.
A·D·XIIX·K·SEX· T·P·DOL·COS
MEMOR·Q·FVIT·DEORVM·ET
FEILI·SVEI·ET·LIBERTAE·SVAE·MONI
MES·VALE

Mommsenius v. 1 emendat Menopilus. — V. 2 supple M. AnT. — O·F est fortasse opus fecit. Consules sunt M. Antonius, P. Dolabella.

Digitized by Google

1074. (=738). — Parisiis in museo.

PHILOGEN
ALFI
SP · ID · SEX
M·ANT·P·DO u. 710.

1075. (=624, LXXVI, D). — Ad Capuam veterem, nunc in Museo Sanctae Mariae de Capua.

(litt. maior.) C · CANVLEIVS
· Q·F·LEG·VII·EVO
CAT·MORT·EST·ANN·NĀ c. a. 710.
XXXV·DONAT·TORQ·ARMIL
PALER· CORON
Q · CANVLEIVS · Q · F c. a. 696-703.
LEG·VII·OCCEIS·IN·GALL
ANNOR·NAT·XVIII
DVO·FRATR
IEIS·MONVM PAT FEC

Contuli et emendavi. Matth. Aegyptius edidit in S. C. de Bacch. p. 150 sic v. 1 C·CAN...VS: nomen Canuleius integrum non recte exhibent Momms. Ritscheliusque: hic etiam litteram S in fine omittit. C. Canuleius in Campaniam deductus cum legione VII, stipendiis emeritis, evocatus est, ait Momms. vel ab ipse Caesare, aut ab Antonio, sive ab Octaviano, qui veteranos excivit paternos, post Caesaris mortem.

1076. (=625, LXXXV, B). — Marruvii (S. Benedetto di Pescina) rupi supra antrum sepulcri insculpta.

N · VIBIDAIVS · V · F
BARBO
C·PANSA O IRTIO a. 711.
CONS PRI · NO
FEB

Descripsi. Consules sunt C. Vibius Pansa, A. Hirtius. Oli praenominis exempla haec habeo. In Praenestinis, O. Oveo. T. f; in Sulmonensibus, Olus Aufidius; in Veleiatibus, De Lama Lap. Velei. p. 102 O'. Aegrilius Plarianus; in Ticinensibus, Aldini, Marmi Ticinesi p. 77, Olus Manius Tertullus.

Digitized by Google

1077. (=626, LXXXV, D).

DIVO · IVLIO · IVSSV
POPVLI · ROMANI
STATVTVM·EST·LEGE
RVFRENA

Caesar, ait Momms., divi nomen sibi tributum a. 708 post pugnam Pharsalicam in basi statuae aereae orbi insistenti probavit primum, deinde deleri iussit (Dio XLIII, 21): nec Octavianus se divi f. appellavit, nisi post eius consecrationem.

1078. Aeserniae.

GENIO · DEIVI · IVLI
PARENTIS·PATRIAE
QVEM·SENATVS
POPVLVSQVE
ROMANVS · IN
DEORVM·NVMERVM
RETTVLIT

Descripsi fragmentum quod extat in atrio domus Episcopi Aesernini, integrum titulum inveni in schedis. Edidi in Ist. d'Isernia p. 70, 4.

1079. S. Agathae Gothorum.

C·IVLIO·C·F·CAESARI
IMP·TRIVMVIRO·R·P·C
PATRONO· D· D·

Falsis aut suspectis a Mommsenio, I. n. lat. n. 320* adiudicatum vindicavit nuper Carmel. Mancinius assignans anno 711, 712 (Storia della moneta, 1872, p. 23), quo tempore Octavianus primum triumviratum gerebat rei publicae constituendae.

1080. Pompeiis.

ΔΔXIKΔEC GERYONES
TRIMEMBRES PERVSSENOS
COMPERENΔINΛRVNT

Descripsi edidique in op. Graffiti tab. III, 3, p. 52. Perusinos hic Perussenos dictos puto; item sub nomine Geryonum Agrippam, Salvidienum et Octavianum Caesarem designari, qui a. 713 tribus exercitibus Perusiam obsidebant. Hi tres vero, ante diem XI Kal. Dec. Perusinos comperendinasse dicuntur, nempe distulisse ex eo die in alium diem sententiam in eos ferendam.

Glandes perusinas similesque hoc loco referam necesse est, ne quid desideretur ex mommsenianis, neve diutius corruptae ferantur. Primum

Digitized by Google

moneo quasdam esse apud Mommsenium, a n. 675 ad 680, quae dicuntur extare in Kircheriano, teste de Minicis p. 66, 67: has ego et Marchius in falsis relegavimus: his adde ex museo Campanae relatas a Mommsenio 1510-1536 falsas omnes et spurias, nec tamen adhuc tam callide fabrefactas, quales innumeras hodie Asculani falsarii protulerunt.

1081. (= 693). — Perusiae in museo.

L·II
D·M·O

Latent in siglis nomina primipili, cui glandium fundendarum cura commissa.

1082. (= 694). — Perusiae reperta.

LVM
FIAFE

Descripsi in museo Kircheriano. Traditur sic LVM TRASE. Male hactenus descripta. Videtur esse L. V. M. Pia Fe(lix), insequenti collata.

1083. (= 695). — In Kircheriano.

L·V·M·
P FEL

Descripsi.

1084. (= 697). — Perusiae reperta.

L·XI
DIVOM
IVLIVM
fulmen

1085. (= 698). — Perusiae reperta.

LEG·XI
VI·VIC

1086. (= 699). — Perusiae reperta ex Dodwellianis.

L·XII

1087. (= 700). — Perusiae in museo.

SCAEVA
PR·PIL
L·XII

Digitized by Google

1088. (= 696). — In Kircheriano.

FEIX
CAESAR · IMP

Descripsi. Non recte delineat Ritschelius ex de Minicis. Octavianus imperatoris nomen sibi addidit post mutinense proelium a. 711, XVIII Kal. Maii. V. Mancinium (Storia della moneta etc. p. 23). Lege Caesar imperator felix, erroribus fabrilibus emendatis.

1089. (= 704 p. 560). — Perusiae reperta. Est in museo Parisiensi et Kircheriano.

CAESAR · IMP
fulmen

Descripsi. Fulmen notare omisit Momms. quod vidi in exemplo musei Kircheriani.

1090. (= 1508). — Perusiae reperta.

ⱭMP
ƎA))

Descripsi et delineavi. Momms. legit LCVL / ∀⊥ƆO, qui et explicat Linge culum Octaviani. In glande est C. Caesar imperator.

1091. (= 690). — In agro perusino. Est in Kircheriano.

RVFVS IMP

Descripsi. Rufus falso praenominatus est P. a Vermigliolio, quod transversum egit Borghesium, qui P. Sulpicium Rufum putavit. Est Q. Salvidienus Rufus.

1092. (= 689). — Perusiae reperta.

Q · SAL IM
fulmen

Lege Q. Salvidienus imperator. In denario appellatur Q. (Salvidienus Rufus) Salvius imp. cos desig. Mortuus est anno 714.

1093. (= 702). — Perusiae in museo. Est in Kircheriano.

AP
PR · PI

Descripsi. Esse Apidium primum pilum demonstrant duae glandes insequentes. Item docemur identidem additam omissamque legionem in glandibus.

1094. — In museo neapolitano.

APIDI
PR·PIL

Descripsi. Fortnumius Anglus edidit in Eph. Ant. Lond. 1863 p. 198 insequentem.

Digitized by Google

1095. — Perusiae reperta.

APIDI·PR·PIL
L·VI

A me interrogatus Fortnumius, legi, ait, APIDI quamvis sibi olim visa fuerit secunda littera potius T, re autem vera esse P apertum.

1096. (=685). — Perusiae reperta.

L ANTONI CALVI
PERISTI
C CAIISARVS
VICTORIA

Calvi pro Calve hic scribitur, Caesarus pro Caesaris.

1097. (=1507). — Perusiae reperta.

PETO
ƎAIAIAƎ
NDICAM

Descripsi et delineavi. Non recte Momms. supplevit Pandicam, ignoto latinis auribus vocabulo: emendavit Cavedonius landicam. Glans est bustrophedon scripta.

1098. (=684). — Perusiae cultello seu graphio incisa.

LACALVS
IVLVIA
CVLVM PAI

Explicavit Borghesius: L. Antoni Calve, Fulvia culum pandatis.

1099. (=682). — Perusiae reperta.

PET
CVLVM
IAIAAƎO

Sic fertur.

1100. (=683). — Perusiae ex Dodwellianis.

OCTAVI
XVI

V. 2 legit inverse Momms. LAX; deinde retractato plumbo incertum reliquit. Fortasse emendandum ··OCTAVIani.

1101. (=692). — Perusiae, nunc in Kircheriano.

ESVREIS
ET·ME
CF///AS

Descripsi. Recte supplevit Marchius v. 3 Celas. Famem in obsidione a militibus obiectatam docet etiam Caesaris locus B. C. III, 48. Perusina obsidione Caesarem L. Antonium ad deditionem fame compulisse constat ex Suet. Aug. 14.

Digitized by Google

1102. (= 587). — Perusiae reperta. Est in Kircheriano.

LVFVIASIA

Descripsi. In aliis tribus legi

LVFINASIA

et in museo neapolitano

LVFINASI

Putavit Borghesius posse legi: Lucius, Fulvia, in Asia, atque adeo per verba, in Asia, M. Antonium significari tunc in Asia morantem. Obsidentes Lucium et Fulviam Perusiae obsessos, in Asiam ut fugiant, εἰρονικῶς fortasse, hortantur.

1103. (= 560). — Ex museo Campanae.

PVOMIS
OMNIA
AVRV
VDRV
MALO

Sic tradunt scriptum: ego titulum puto esse corruptum, et fortasse legendum: Evomis omnia. Aurum vora, malo.

1104. — Perusiae reperta.

SINE MASA

Edidit Vermigliolius.

1105. — Romae apud negotiatorem antiquarium.

L·MEVIVS
TR·L·XII
X
MILLIA

Emi Romae edidique l. cit. p. 9. Ferebatur corrupta duobus in locis: v. 1 MENIVS, v. 2 PR pro TR.

1106. — Casini.

M · PAPIVS · M · F · L · MATRIVS · L · F
DVO · VIRI · I · D
SIGNVM·CONCORDIAE·EX·C·C·RESTITVENDVM
COERAVERVNT · EIDEMQ · DEDICARVNT
ET · BASIM · GRADVM · ARAM · SVA · PECVNIA
FACIVNDA · COER · EIDEMQ · PROBAVER
A · D · IIII · EID · OCT · CN · DOMIT · C · ASINIO · COS u. 714.

Ex Inscr. neap. lat. a Mommsenio editis n. 4221.

Digitized by Google

1107. — Romae milliario septimo inter viam Latinam et Lavicanam columna.

VARRO·MVRENA
L·TREBELLIVS·AED·CVR
LOCVM·DEDERVNT

L·HOSTILIVS·L·L
PHILARGVRVS
A·POMPONIVS
A·L·GENTIVS
A · FABRICIVS
A·L·BVCCIO
M·FVFICIVS
D·L·ARIA
MAG · VEICI
FACIVND·COER
EX·P·L

Prodiit in Eph. Inst. 1865 p. 84 et nuper tractavit Ludovicus Grifius. Varro Murena consul fuit a. 731 et in magistratu mortuus est. Recepi hunc et sequentem titulum exemplo ut essent orthographiae veteris tam diu servatae. — V. 14 EX · P · L Henzenii explicatio fuit. Ex pondo quinquaginta, Grifii, ex pecunia locata; mihi est, Ex pecunia ludiaria, collato titulo (Henz. Or. 6155) in quo: PECVN·LVD· mentio est.

1108. (=LXXVII B). — Atinae.

L · A R R V
COS ,
SACRIEIS
VIAM · SEMI
CLOVACAMI
D · S

I V S·L·F
VIR
IVNDIS
CIVNDM
CIVNDAM
C

Descripsi. Exempla quae feruntur corrupta vide in I. r. n. lat. 4545. Ritschelius, ait, Enarr. tab. p. 69: Recepi propter genus scripturae antiquitatis speciem satis fallacem raro exemplo servans.

1109. — Pompeiis in operculo urnae ossuariae plumbeae.

CHREMATINE
NVMISIAE ORNATRIX
OBIEIT VI EIDVS OCTOBR·
PAVLO FABIO MAXIMO Q AELIO
COS
OSSVA CONIECTA IV IDVS OCT
EISDEM COS a. 743.
DIAPHYRVS CONSERVAE

Prodiit in Ephem. neap. arch. a. IV, 106, descriptore Fiorellio. Paulus Fabius Maximus Q. Aelius Tubero consules fuere a. 743. Nota *ei* in obieit, eidus, eisdem, reliquias pristinae orthographiae; praeterea ossua,

Digitized by Google

Elogia magistratuum aetate incerta basibus, statuis, hermis, sarcophagis addita.

1110 *a*. (= p. 280, XI). — Romae in marmore quadrato.

M·AIMILIVS·Q·F·L·N
BARBVLA DICTATOR

Hic fortasse Quinti Aemilii Q. f. L. nepotis Barbulae consulis a. 437, 443 frater fuit. Eius dictatura ignoratur.

b. (= p. 280, XIII, LXIX, F). — Tusculi in cippo quadrato lapide tusculano.

Q·CAECILIVS
METELLVS
COS

Hi consules huius nominis fuere. Unus saeculo sexto a. 548, octo saeculo septimo a. 611, 631, 645, 656, 674, 685, 694, 697. Unus saeculo octavo a. 702.

c. Romae in tabulario capitolino ex lapide albano quadrato.

T·QVINCTIVS·T·F a. 631.
COS

Edidit Henzen. (Bull. Instit., 1869, p. 269). Titus hic Quinctius postremus est Flamininorum, qui saeculo septimo hoc magistratu functus est.

1111. (= p. 277, LXX, B). — Cereate Mariano (Casamari) repertus lapis quadratus, inde Arpinum delatus.

[illegible]
COS VIIPR·TRIB·PL
QAVC//TRMIL

Descripsi. Ritschelius integrum nomen excepit sic: MARIO, non recte.

« Titulo nummularii Cereatinorum reperto in insula Fibreni, iam intellectum est, ait Mommsenius, quo loco olim fuit oppidum Cereatinorum Marianorum ». Tu cave. Quo enim pacto ex nummularii lapide in ea insula invento coniectare quis potuisset Municipium Cereatinorum inde ad milliarium sextum olim extitisse? Id quidem certe nec Mommsenius ipse coniectaverat, qui nummularii titulum edidit in I. R. N. latinis.

1112. (= p. 280, XV). — Titulus hermae inscriptus Romae apud Maffeios.

P·VALESIVS·VOLESI·F
POPLICOLA

Consul hic fuit annis quattuor 245, 246, 247, 250. Veteri more Valesius pro Valerius posuit auctor tituli antiquitatem affectans. Huius *s* pro *r* in nominibus propriis usum cessare coepisse circa

Digitized by Google

saeculi quinti initia arguere possumus ex Ciceronis loco (Epist. ad fam. IX, 21), quo docet L. Papirium Crassum primum fuisse qui Papisius est vocari desitus. Is cum K. Duillio consul factus est a. 418.

1113 *a.* (= p. 281, XVI). — Romae in museo capitolino sub imagine dimidia.

P·COR·SCIPIO·AFR — Imago est Africani maioris.

b. (= p. 281, XVII). — Romae in herma.

M·PORCIVS
CATO
CENSORIVS

Anno 570 Cato censor fuit: inde ei et propter severitatem morum censorii nomen datum est.

1114 *a.* — Venafri in fundo Reglieriorum.

L·SVLLA·DICTAT

Retuli inter titulos Venafranos (Venafro illustrata p. 50; Mommsenius titulis suspectis aut falsis accensuit (I. R. N. lat. n. 754*).

b. (= p. 281, XVIII). — Romae in herma.

QVINTVS HORTENSIVS — Pronomen omnibus litteris perscriptum, ait Momms., artificem Graecum prodit.

c. (= p. 281, XIX). — Matriti in museo sub imagine dimidia.

M·CICERO AN·LXIIII — Aetatis anno 64 Cicero interfectus est.

1115. (= 601, LXXXVI, B). — Prope Costignanum in sarcophago titulus insculptus.

L·AFR%NIO·A·F
COS
CONSC%IP·ET·C%
COI VAI I

Titulus honorarius sarcophago long. p. VIII, lat. p. III, alt. pedem unum semis insculptus, latere minore. Posuere Conscripti et Coloni Coloniae Valintiae, sive Valentiae. Hic L. Afranius consul fuit a. 694 et ab a. 700 ad 705 Pompei iussu Hispaniae citeriori praefuit. Potuit igitur de Valentinis Hispaniae bene mereri, ait Momms., quorum oppidum a Plinio colonia appellatur (H. N. III, 3, 20). Cuius rei causa fit, ut inscriptio addi in patria sua sarcophago non potuerit ante a. 706.

Digitized by Google

1116. (=201, pag. 556). — Romae olim in museo Barberiniorum.

L·CORNELIVS·CN·F·PR·SEN·CONS·A·D·III·NONAS·MAIAS·SVB·AEDE·KASTORVS
SCR·ADF·A·MANLIVS·A·F·SEX·IVLIVS·L·POSTVMIVS·S·F
QVOD·TEIBVRTES·V·F· QVIBVSQVE·DE·REBVS·VOS·PVRGAVISTIS·EA·SENATVS
ANIMVM·ADVORTIT·ITA·VTEI·AEQVOM·FVIT·NOSQVE·EA·ITA·AVDIVERAMVS
VT·VOS·DEIXSISTIS·VOBEIS·NONTIATA·ESSE·EA·NOS·ANIMVM·NOSTRVM
NON·IN·DOVCEBAMVS·ITA·FACTA·ESSE·PROPTER·EA·QVOD·SCIBAMVS
EA·VOS·MERITO·NOSTRO·FACERE·NON·POTVISSE·NEQVE·VOS·DIGNOS·ESSE
QVEI·EA·FACERETIS·NEQVE·ID·VOBEIS·NEQVE·REI·POPLICAE·VOSTRAE
OITILE·ESSE·FACERE·ET·POSTQVAM·VOSTRA·VERBA·SENATVS·AVDIVIT
TANTO·MAGIS·ANIMVM·NOSTRVM·IN·DOVCIMVS·ITA·VTEI·ANTE
ARBITRABAMVR·DE·EIEIS·REBVS·AF·VOBIS·PECCATVM·NON·ESSE
QVONQVE·DE·EIEIS·REBVS·SENATVEI·PVRGATI·ESTIS·CREDIMVS·VOSQVE
ANIMVM·VOSTRVM·IN·DOVCERE·OPORTET·ITEM·VOS·POPVLO
ROMANO·PVRGATOS·FORE

Post senatus consultum Praetor Cornelius scribit ad Tiburtes retenta praescriptione consulti, verum sermone ex tertia persona in secundam converso. Qua de re agatur ignoramus. Mommsenius proposuit referri for-

Digitized by Google

tasse ad suspicionem coniurationis Sertorianae: constare autem ex Sen. Cons. de Asclepiade Clazomenio L. Cornelium Sisennam a. 672 praetorem gessisse urbanum et inter peregrinos. Nota Ritschelium olim censuisse hoc monumentum esse tribuendum exeunti ferme saeculo sexto a. u. 598 (In tit. Aletr. p. VI).

1117. (=629). — Cippus repertus via Appia prope Mondragone, inde in museum neapolitanum translatus.

C·M I
D COS
CXII

Neque ego inveni, et mihi Iulius de Petra affirmavit se nunquam vidisse, licet lapides descripserit edideritque musei neapolitani omnes.

1118. (=631, LVI, D). — Romae ad columnam Phocae, lapide Tiburtino.

M·CISPIVS·L·F
PR

Quis hic Cispius praetor sit ignoratur. Novimus M. Cispium tribunum plebis a. u. 697, sed hic ad praeturam non pervenit, damnatus de ambitu: nisi si, ait Momms. forte Caesar eum restituit.

1119. (=632). — Romae ad radices Palatini montis in hortis Nusiner.

SEI·DEO·SEI·DEIVAE·SAC
C·SEXTIVS·C·F·CALVINVS PR
DE· SENATI·SENTENTIA
RESTITVIT

Descripsi. Tabula Ritschelii dat *i* supereminens ceteras litteras in voce Calvinus, et bis positam litteram singularem G pro C. Mommsenius putat hunc Sextium magis filium Sextii consulis quam consulem a. 630 fuisse: titulumque aetatis esse fere Sullanae. Vetustissima inscriptio, Sei deo sei deivae sac, in ara sculpta est eaque statuta, propter vocem divinam Aio Locutio auditam in infima nova via ante Gallorum adventum. Haec a Sextio restituta est.

1120. (=635, LXXXIII, AB). — Romae ad radices arcis capitolinae in monumento extra portam.

C·POPLICIO·L·F·BIBVLO·AED·PL·HONORIS
VIRTVTISQVE · CAVSSA · SENATVS
CONSVLTO·POPVLIQVE·IVSSV·LOCVS
MONVMENTO·QVO·IPSE·POSTEREIQVE
EIVS·INFERRENTVR·PVBLICE·DATVS·EST

Digitized by Google

C. Poplicius Bibulus aedilis plebis quis sit ignoratur. Ut locus publicus alicui attribueretur, ait Momms., opus fuit Senatus Consulto et lege ad populum lata. Tamen saepe solus senatus concessit. Locus sepulcri publice datus est aetate imperatoria saepius in municipiis, Romae raro aetate reipublicae. Duplici exemplo iteratur inscriptio, in altero vero VIRTVTSQVE legi v. 2 testatur Ritschelius, Enarr. tab. p. 72. Negamus nos qui titulum oculis usurpamus. Scriptura ibi recepit litteras duas hodie detritas, punctum non est trigonum, ut in tota epigraphe, sed cavum quadratum et casu accessit non uno in loco.

1121. (=636, XCI, L). — Romae.

M·ACILIO·M·F·CANIN
Q·VRB·
NEGOTIATORES·EX·AREA
SATVRNI

Titulus eum annum antecedit, ait Momms., quo cura aerarii Saturni a quaestoribus ad praetorios delata est, nempe a. 726 (Dio 53, 2).

1122 — In columna musei neapolitani.

M·MARIVS·M
PR· D S·S

Descripsi.

1123. (=637). — Capuae.

L·SORA·L·F
L·ARRIVS·M·F
IIII·VIR·PR·D·S·S
TERM·C

V. 3 lege: quatuorviri praefecti de sen. sententia. Sunt autem ex eo numero quatuorvirum qui solebant ire praefecti e vigintisexvirum populi suffragio creati in oppida Capuam Cumas Casilinum Volturnum Liternum Puteolos Acerras Suessolam Atellam Calatiam (Fest. p. 233). Creati sunt a. 437 (Liv. IX, 20); eos vero a. 741 dudum sublatos affirmat Dio (LIV, 26), fortasse, ait Momms., cum a. 734 praetoriis viris cura ab Augusto viarum demandata est.

1124. — Alsii (Palo).

M·HERENNIVS·M·F
MAE· RVFVS
PRAEF·CAP·CVM·Q

Exscripsit a me rogatus Rodulphus Lancianus. Capuam colonia a Caesare deducta est a. 695. Tunc praefectura capuana cessavit, nomen tamen, mansit in formula. Iam id primum acciderat a. 560, colonia Puteolos, quae praefectura fuit, deducta.

Digitized by Google

1125. (=638). — Romae in monte Quirinali effossus.

O·IOVEI·VICTORE
T·MEFV M·F
IIII·VIR TVIT

Corrigendum puto: Diovei victore. Momms. emendat v. 3, III vir, putatque hunc T. Aebutium Carum III virum colonis Mutinam et Parmam deducendis a. 571 creatum (Liv. 39, 55): additque triumvirum horum similes memorari apud Livium (25, 7) triumviros reficiendis aedibus incendio consumptis.

1126. (=640, XCI, *m*). — Prope Romam ad lapidem VIII via Aurelia reperta. Extat in Vaticano.

Q·SANQVINIVS
Q·F·STEL
Q·TR·PL·PR
PRO·COS

Contuli. Quis sit hic Sanquinius, ignoratur. Borghesius putat esse Marci Sanquinii patrem qui triumvir monetalis fuit circa a. 739.

1127. (=641, LXXXIX, c). — Tusculi ad sepulcrum.

M·COELIO·M·F·VINICIANO
PR·PRO·COS·TR·PL·Q
OPSILIA · VXOR · FECIT

M. Coelius Vinicianus fuit tribunus plebis cum C. Lucilio Hirro a. 700. Praefuit Ponto cum duabus legionibus post Caesaris discessum a. 707. Hic cum aedilitatem plebis a. 704 petiisset reiectus est. Honores in titulo ita citantur ut Borghesius opinatus sit eum ante proconsule egisse quam praetura fungeretur: quod quidem fieri his temporibus potuit. Tamen Mommsenius, collatis duobus titulis Q. Sanquinii et L. Caecilii supra relatis, in quibus praetura proconsulatum praecedit ordine, putat ea aetate qua praetura et consulatus biennes lege facti sunt ita ut unus annus destinaretur officio urbano, alter extra urbem in provincia, isque in titulis passim omitteretur, accidisse, ut si quando praetori officium consulare committeretur hic auctae dignitatis mentionem significaret hac formula: pr. pro. cos. Nempe ut quaestores pro praetore ii dicuntur, quibus cum quaestura praetoris officium copulatur (Borghes. Med. della Cirenaica, Mem. di Relig. vol. 10, 323, Modena). fuerit hic M. Coelius in provinciam consularem missus post praeturam cum proconsulari potestate: quod saepe factum liberae extrema rei publicae aetate, ut Q. Cicero ex praetura Asiam pro consule obtinuit et C. Octavius Augusti pater, elogio teste, pr. pro cos. fuit. In eiusmodi titulis aliquando praeturae mentio omittitur, et simpliciter proconsules appellantur, ut M. Nonius Balbus in titulis Herculanensibus modo

Digitized by Google

appellatur pr. pro cos., modo pro cos. (I. N. 2405-2413); et hoc quidem cum nullo intervallo duo officia continuarentur. Quaestores vero quibus ex sen. consulto, vel lege, praetoris officium committitur cursum honorum ita recensent, ut modo praetores et quaestores, modo quaestores et praetores appellentur. Magistratu tandem urbano a provinciali per intervallum seiuncto accidere potuit, ut, qui quaestor pro praetore antea fuerat, deinde fieret praetor, et successione pro consul.

1128. (=p. 200, *b*). — Romae tessera apud Aleandrum iuniorem.

PILOMVSVS·PERELI
palma
SPECTAVIT
tridens

Equidem quin falsa sit non dubito, ait Mommsenius. At genuinam eam esse similis tessera probat ab Huebnero visa, quaeque duae apud me sunt romana et tarracinensis; item nuperrima ex agro tarquiniensi. Mazochius se vidisse testatur in quodam marmoreo gladiatoris monumento haud semel scriptum SPECTAVIT; eo maiore fide dignus quod ibi frustra contendit dici pro spectatus est (In vet. Kalend. neap. pag. 917).

1129. (=p. 200 *c*). Romae. Tessera.

DIOCLES·VECIL
SPECTAVIT
A·D·V·K·FEBR
locus vacuus

Dat Guascus, Mus. Capit. II, 67, ex Sanclementio. Non posse dubitari ait Ritschelius, quin sit novicia fraude, et iis quidem temporibus conficta, quibus usitatam SP notam imperiti quidam antiquarii in mentem induxerunt non SPECTATVS interpretaturi, sed SPECTAVIT, satis inepte. Haec ille (Suppl. IV, p. VIII): modo qui ineptiant, nescio. Borghesius, quod nota consulum omissa sit, scriptam putat ante consules eius anni, quo hic gladiator primum spectavit, hoc est ludis cum civibus interfuit, creatos.

1130. — Londini, tessera in museo britannico.

PROTEMVS·FALERI
locus vacuus
SPECTAVIT

N·S

Descripsit ediditque Huebnerus post Wieselerum et Ritschelium, dubitari non posse affirmans quin sit sincerissima: idque, testatus est etiam qui mea causa denuo diligentissime inspexit Fortnumius Anglus. Versio gallica dissertationis Huebnerianae ligneam hanc tesseram facit: un long petit morceau de bois p. 421 (Revue Archéol. Paris 1868 p. 421).

Digitized by Google

1131. — Tessera. Ritschelius, Suppl. IV, D.

ANTIOCVS
SCRIBONI
SΠ·A·D·V·ID·IAN
locus vacuus

Subtexui, quia consules aeque ac in superioribus omittuntur.

1132. — Londini, tessera in museo britannico.

MARVNTILI
SP·NON·OCTOB
VMIO

Descripsit ediditque Huebnerus (Cf. Rev. Arch. l. cit. p. 420), duo affirmans secum pugnantia: tesseram scilicet aliquem ex tot Postumiis referre qui plurimi in fastis referuntur: nec tamen litterarum formam sinere ut ante dimidium saeculum septimum trudatur. Haec cum scriberet non consideravit post dimidium saeculum septimum nullum Postumium in fastis esse, qui primus processerit. Namque et hoc oportet animadvertere reliquias nominis VMIO eo loco scriptas esse ubi nomini alterius consulis spatium nullum relinquitur. Huius rei causa dabo ectypum accuratissimum a Fortnumio mihi missum, qui est huiusmodi.

Litterae superstites valde incertae sunt teste Fortnumio praeter M quae possit etiam accipi pro NI. Consules qui sint non constat: hoc certum est duobus integris nominibus consulum, quorum prior Postumius sit, locum non esse; in more vero non fuisse constat ut ex duobus consulum nominibus alterum plene scriberetur, alterum imminueretur.

1133. (=801). — Romae ad radices Ianiculi.

VPIVS · A · F · MAG ·
G·IANICOL·PORTICV
LLAM · CVLINAM
AM·DE·PAGI·SENTEN/
CIVNDV·COIRAVIT

Qui modo innotescit pagus Ianicolensis fuit olim quidem continens moenibus urbis servianis sed parte exteriore ad septemtrionem. Hac aetate reipublicae, ait Momms., urbs in montes et pagos distinguebatur, civesque ipsi in montanos et paganos. Magistri vicorum et pagorum erant qui sacra et ludos curabant electi a vicinis: urbs in regiones et vicos ab Augusto primum divisa est a. u. 747 et praepositi vicis ordinarii magistri, ludorum et sacrorum causa. Pagani fuere extra urbem, hoc est extra moenia, ut nuper constitit invento extra aggerem servianum pago montano (V. Lancianum, Bull. Munic., 1875, p. 199 seq.). Montanorum fuit urbs Palatina Suburbanaque cum Esquiliis intramuranis, et huic adiecta altera in Quirinali collocata Collinorum cum

Digitized by Google

montanis proprie dictis contributorum. Pagos duos noveramus, Aventinensem et Ianicolensem, qui sunt extramurani. His tertius modo accessit pagus Montanus in Esquilini veteri lapide memoratus. Supple: ... Pupius. A. f. Mag. pagi ianicol. porticum cellam culinam aram de pagi sententia faciundum curavit.

1134. (= 802). — Romae ad radices Ianiculi opere musivo.

PAGI IAN
ↄRASTOS·ET·MACE
AG·SEN·FAC·COER·EIDEMQVE·P
•

Vidi. In versu secundo G vel C, S vel R esse videri narravit qui propius accessit Detlefsenus. Quidam magister pagi Ianiculensis curavit de pagi sententia faciundum maceriam, praeterea aliquid, quod ex verbi ASTOS reliquiis quid fuerit intelligi certo non potest.

1135. (= 803). — Romae ad radices Ianiculi montis.

L·F SORE
P·ANNI·C·F·A

STVMIO·A·F
CTAVIO·CN·F AI
C·ARA·RESTIT

Descripsi. Haec ara restituta est aedilibus Postumio et Octavio, altero gentis patriciae, altero plebeiae, hoc, est non ante medium saeculum septimum, qua aetate, ait Momms., collegium aedilium ex utroque ordine institui coepit.

1136. (= 804). — Romae in museo vaticano. Ara rotunda.

T·QVINCTIVS·Q·F·L·TVLLI ... CALTILI·CALT·L
vir et mulier sacrificant
MAG·DE·DVOBVS·PAGEIS·ET·VICEI·SVLPICIEI

Magistri duo pagorum duorum T. Quinctius et L. Tullius cum Caltilio magistro vici Sulpicii aram dedicaverunt.

1137. (= 805). — Mesae in pomptinis.

CLESIPVS·GEGANIVS
MAG·CAPIT//MAG·LVPERC·VIAT·TR

Satis probabiliter a Detlefseno, qui cippum invenit, putatur hic esse ille Clesippus qui nobili sepulcro Geganiae dedecus memoriae mandavit. Namque cum homo fullo gibber et adspectu foedus esset a Gegania matrona praedivite emptus et impotentia libidinis in torum receptus est (Plin. H. N. XXXIV, 3, 11).

Digitized by Google

1138. (= 806). — In insula lycaonia tabula.

L·RVTILIVS·L·L·ARTEMIDO
A·CARVILIVS·L·L·DIODORVS
P·SVLPICIVS·Q·L·PHILOCOM
MAG·CONL·CAPRINA·GALL
EX · D · D ///AC · COERAVER

Non videtur esse huius aetatis, cuius servat tamen et *oe* in coeraverunt et praenomina libertorum a praenominibus patronorum diversa. Quod fuerit collegium Caprina. Gall. denominatum, eaque verba quo pacto sint redintegranda nemo hactenus dixit.

1139. — In luco fratrum Arvalium ubi aedes fuit Fortis Fortunae

ↃRTE ΓOR
DONVM · DANT
CONLEGIV · LANII
PISCINENSES
MAGISTREIS
COIRAVERVNT
A · CASSI · C · L
T·CORNELI-ↃOR·L

Descripsi. Edidit Henzen. ex ectypo chartaceo (Scavi del Bosco sacro, tav. III, *a*) non recte efficta littera *l*, angulo modo acuto, modo obtuso: littera haec in lapide ubique est forma normali. Forti Fortunae donum dant lanii piscinenses, qui in collegio sunt; magistri curarunt A. Cassius C. L. T. Cornelius Corneliae Lib. Nota: Ↄ retrograda, quae explicatur a grammaticis Caia, hic est Cornelia; nimirum, illo signo, modo curvo Ↄ, modo in angulum fracto ⟩, veteres nomen mulieris repetendum indicabant.

1140. — In luco fratrum Arvalium.

FoPTI·FO///
LANIES·MA
L·MAECI·M·L·S
TEVPILo·IVNI·SAL

Descripsi. Edidit Henzen. in Ephem. Instit. 1869 p. 124 legitque v. 4: Teupil Q. Iuni. Sal. At in monumento est Teupilo: praeterea hac aetate in epigraphis libertorum vel servorum praenomen patroni sive domini non ante nomen poni solet, sed post; itaque legi debuit Teupil. Iuni. Q. S., non Q. Iuni. S. Lege: Forti Fortunae. Lanii. Magistri L. Maecius M. Lib., Teupilo (= Teophilus, vel graeco more, vel ex vulgi sermone veterem orthographiam identidem revocantis) Iuni Sal. S., revocata littera S (servus) ex versu superiore. Salvius praenomen Iunii est.

1141. — In luco fratrum Arvalium.

FORTI I
VIOLARIEIS IVC
ROSARIES COS
CORONARIIS

Descripsi. Edidit Henzen. in Ephem. Instit. 1869 pg. 129. Ad dextram locus est detritus, vixque supersunt litterarum incerta vestigia.

Digitized by Google

1142. (= 807, LVI, F). — Bovillis nunc in hortis Columnensibus ara.

VEDIOVEI · PATREI
GENTILES · IVLIEI

LEEGE · ALBANA · DICATA

VEDioveis · iuLei AARA

Contuli. Gentem Iuliam ex Alba longa originem duxisse notum est. Sacra Albana, quum ea urbs diruta est, apparent translata Bovillas, cuius incolae Albani Longani Bovillenses eius rei causa appellantur. In sacris fuit etiam Sacrarium Gentis Iuliae et Bovillis ara inventa est, a gentilibus Iuliis dedicata, ubi sacrificia facerent stata. Larem Iuliorum domesticum puto hic nomine Vediovis patris appellari: erat autem Ascanius. Non ita pridem Patricae, quae vetus Laurens Lavinium est, inventa est per lapidis dimidia olim supra portam sacrarii principiorum populi romani muro infixis, in quo legitur, supplementis adhibitis:

Laurens nVMICE LAVINAS
quem populi REGIA PILVMNI
colit. te pontIFEX SACRIS VOTVm
hic dedicat ARA SANGVIS AENEAe
Iuli, praetor mAXIMVS PETITORVM
rogat uti PROSPERETIS EVENTVS
servetis IVRA LAVRENTVM

Formula precationis est a pontifice in arae dedicatione prolata. Sacra vero sunt principia, in quibus Numicus et Penates censebantur, Lavinii, ad Numicium, in Aeneae indigetis templo sacra publica populi romani facta per praetorem, sive pontificem maximum. Iura sunt humana et divina, quae Laurentes ex foedere communia habebant cum populo romano. Titulus fronti arae bovillensis olim insculptus fere evanuit. AARA certa vox est et initium VE clare legitur. Ritschelius legere sibi visus est (Mon. epigr. tria p. 29) initio sive VEDIN sive VEBIN. Supplendum duco Ve(dioveis Iuliei) aara.

Digitized by Google

1143. (= 810). — Romae cippus ex lapide albano, in ruinis palatinis repertus.

MARSPITER Marpitri legendum forte, putat Momms., quod primus casus explicationem non habet. At in stelis pisaurensibus legimus Iuno Loucina. Praeterea Varro (de L. L. VIII), ait, quosdam negare Marspiter casus obliquos habere, se vero non videre cur negent, nisi quod minus est tritum in consuetudine Marspitris.

1144. (= 810). — Ibidem in simili cippo.

REMVREINE Pro tertio casu habet Momms. deamque, quam putat Remurinam, cum agro Remurino Remi, ait, videri coniunctam. At Remurine pro Remurinae puto Romae non facile scribi potuisse.

1145. (= p. 561, XXXV). — Romae columella in Palatini ruinis lapide albano.

FERT · ERRESIVS
REX·AEQVEICOLVS
IS PREIMVS
IVS·FETIALE PARAVIT
INDE · P · R ·
DISCIPLEINAM·EXCEPIT

Legendum videtur Fertor Resius. Auct. de praenom. I: Recitant ab Aequicolis Septimum Modium primum eorum regem et Fertorem Resium, qui ius fetiale constituit. Cf. Auct. de viris illustr. c. 5. Liv. 1,32 cet.

1146. (= 815). — Romae in basi rotunda.

HERCOLEI · CELERI · DAT
sertum hederaceum cum corymbis
A·RVTILIVS·P·L·ANTIOCV

Ex Fabretto qui vidit 659-502.

1147. (= 1538). — Romae ad viam Appiam.

R·MAG·LVDOS

COLEI·MAGNO·
NEO · FECIT

Exscripsit Mommsenius.

Digitized by Google

1148. (= 816). — Romae.

Q·MVCIVS·Q·L
TRVPHO · SER

LEIBER · SOL
L · M
BONAE · DEAE
SACR

Ex Gudio 54, 2. Facile omissam v. 3 vocem supplebis, collata formula quam leges infra in titulo C. Muci Alexandri: Servos vovit leiber solvit.

1149. (= 820). — Lamina aenea Cumis in sepulcro reperta.

NOMEN·DELATVM
NAEVIAE·L·L
SECVNDAE · SEIVE
EA · ALIO · NOMINI
EST

Naevia defertur apud deos inferos. Cavit autem scriptor, ex Momms. sententia, ne falsa denominatio noceret.

1150. (= 818, XVII, 30). — Lamina plumbea in sepulcro viae Latinae reperta.

QVOMODO MORTVOS QVI ISTIC
SIIPVLTVS IIST · NIIC · LOQVI
NIIC SIIRMONARII POTIIST · SIIIC ·
RHODINII · APVD · M · LICINIVM
FAVSTVM · MORTVA SIT · NIIC
LOQVI NIIC SERMONARII POSSIT
ITA VTI·MORTVOS·NIIC·AD DIIOS
NIIC·AD HOMINIIS ACCIIPTVS·IIST
SIIIC RHODINII·APVT·M·LICINIVM
ACCIIPTA SIT IIT TANTVM VALIIAT
QVANTVM ILLII·MORTVOS QVIII

ISTIC·SIIPVLTVS·IIST·DITII·PATIIR·RHODI
TIBIII·COMMIINDO·VTI·SIIMPIIR NII
ODIO SIT · M · LICINIO FAVSTO
ITIIM·M HIIDIVM AMPHIONIIM
ITIIM·C·POPILLIVM APOLLONIVM
ITIIM VIINNONIA · HIIRMIONA
ITIIM SIIRGIA GLYCINNA

Descripsi edidique in Bull. Arch. neapol. I, inde Ritschelius expressit. Rhodinem adhuc in vivis agentem Diti commendat scriptor ut M. Licinio Fausto, velut mortua illique odio sit. Item duos viros totidemque mulieres devovet. Sermonari rusticum vocabulum damnat (Gellius XVII, 2, 17).

Digitized by Google

1151. (= 819). — Lamina plumbea extra portam Latinam reperta.

DANAII ANCILLA NOICIA
CAPITONIS·HANC OSTIAM
ACCIPTAM · HABIIAS
IIT · CONSVMAS · DANAII
NII · HABIIS · IIVTYCHIAM
SOTIIRICHI · VXORIIM

Auctor dirarum Eutychiam revocat in mentem Diti cui devoverat, et Danaen nuper Capitoni nuptam rogans ut eam consumat.

1152. — Romae picta atramento in lucerna testacea coloris rubri.

HELENVS SVOM GENIOMNIBVS INFERIS
MANDAT STIPEM·STRENAM·LVMEN
SVOM · SECVM · DEFERT · NIQVIS · EVM
SOLVAT NISI · NOS QVI · LICAMVS

Intuli in Kircherianum, descripsi edidique in Eph. Instit. lignea forma expressam a. 1860, p. 70. Legenda autem erit initio sic: Helenus suom genio m(a)nibus inferis mandat: ubi genio sermone plebeio pro genium scriptum puta, quod saepe monui in similibus. Nota litterae Q formam cursim scriptam, quae in vetustiore aliquo monumento nondum apparuit.

1153. (= 821). — Romae in Ianiculo, lapide tiburtino.

CIPPVS DECMVS·A·CIPPO
DECMO·AD·PRIMVM·PED
LXXXXVIII

Ex Smetio, 8, 5.

1154. — Romae in domo ad S. Eusebium cippus lapide tiburtino.

PRIVĀ Descripsi. Lege: Privatum. Locus privatus hoc termino discernebatur a publico.

Vascula Sancaesariensia.

Vascula in vinea S. Caesarii olim eruta partim cessere Bandinio Somascano, partim in Kircherianum nostrum immigrarunt, emptane an dono data aliterve non traditur. Quae apud Bandinium fuere perierunt, nostra manent. Ea post Lupium delineanda curavi additis nondum editis, edidique in Eph. Arch. neapol. vol. I, tab. XIII, 1, precibus Ritschelii. Nunc

Digitized by Google

Mommsenius affirmat Ritscheliana exempla esse meorum simillima. Henzenius quique appellantur amici a Mommsenio eius gratia, usque ad fastidium ter quaterque inscriptiones a me delineatas contulerunt; haud obscurum quin repudiandae lectionis meae causa. Quid factum sit, notulae meae narrabunt: nempe ubique aut intactas reliquerunt, aut, quod doleo, corruperunt, Nunc iis quae edidi accedent etiam bandinianae, ut numerus sit plenus nihilque fere desideretur de iis, quae Mommsenius in Corpus Inscr. Antiq. coniecit.

1155. (= 822). — Ex Baldinianis.

L · AIILI
A · DIIIIDVS
OCTOB

L. Aelius. Ante diem III idus octobres.

1156. (= 823). — Ex Baldinianis.

C · AIIMILI · K · IVN

C. Aemilius k. Iuniis.

1157. (= 824). — Ex Baldinianis.

D · AIMIL NONI
OCTOB

D. Aemilius nonis octobr.

1158. (= 825). — Ex Baldinianis.

M · AIIMILI · A D IX K DIIC

M? Aemilius a. d. IX. k. dec.

1159. (= 826). — Ex Baldinianis.

A · D · XI · K · APR
SEX · AEMI

A d. XI. k. apr. Sex. Aemilius.

Digitized by Google

1160. (= 827). — In Kircheriano.

AIIMILIAI AD·III·NON·FE

Descripsi. Male effingitur A pro Λ, item pro tertio casu legit Momms. Aemilia non recte. Lege: Aemiliae a. d. III. non. febr.

1161. (= 828). — In Kircheriano.

A·AETEI·A·D·IV·NON
MARTIAS

Descripsi. A. Aeteius a. d. IV. non. martias.

1162. (= 829). — Ex Baldinianis.

Q AFRAN · AD ·
IV N NOV

Q. Afranius a. d. IV. non. nov.

1163. (= 830). — Ex Baldinianis.

C·ALB RVTILIVS
AD·VIII·K·APR

Momms. legit Rutilus. C. Albius Rutillus a. d. VIII. k. apr.

1164. (= 831). — In Kircheriano.

ALFENOC · LVCI ·
A·D·XII·C·NOEM

Descripsi. Punctum in fine omisit Momms., item dubium reliquit sit ne S vel C extrema littera in nomine Alfenos: tamen mecum praefert S. Arbitratur vero ab homine imperito et semigraeco scriptum *os* pro *us*, qui et praenomen Luci(us) postposuerit. At, puto, Alfenos potest esse Luci (servus vel libertus), ut passim in tesseris gladiatoriis aliisque titulis occurrit.

1165. (= 832). — Ex Baldinianis.

L·ANAVIS L·F
EIDIBVS SEX

L. Anavius L. f. eidibus sextilibus.

Digitized by Google

1166. (= 835). — Ex Baldinianis.

CACILIA
ANIA·A·D·K·IAN
VIIIDVS

Cacilia pro cognomine habet Momms. Lege: Cacilla Annia a. d. k. ianuarias. E Cacula Cacillae cognomen ortum puta.

1167. (= 834). — Ex Baldinianis.

ANΓIA·A·D·IIX·K
M

Antia a. d. IIX. k. m.

1168. (= 835). — Ex Baldinianis.

D APONI
EIDVS·INTER
M·LVCRII

D. Aponius eidus intercalares M. Lucretius: supple ante (eidus), et in fine, fecit.

1169. (= 836). — Ex Baldinianis.

PΩKA/APRONIA
IKOLIIO
CALINTO

Momms. v. 3 legit: Kal int(ercal) o(ssa); ita ut duo conditi sint, Apronia, et IKAONO; sic enim transcribit. — Puto: Pr. Kal. Apr. Apronia iigoliio Calini(c)o.

1170. (= 837). — Ex Baldinianis.

BAEBIA·Q·L·A·D
IX·K·OCToBRIS

Baebia Q. Lib. a. d. IX. k. octobris.

1171. (= 838). — In Kircheriano.

C·BALONI·K·MAI

Descripsi. C. Balonius. Kal. mai.

1172. (= 839). — Ex Baldinianis.

C·CAECILIA·D·IV N OC

C. Caecilius a. d. IV. non. oct.

Digitized by Google

1173. (= 840). — Ex Baldinianis.

A·D·III·E·IAN
CRATEA CAECILI·M·L

A. d. III. Kal. ian. Cratea Caecili Marci libertus.

1174. (= 841). — In Kircheriano.

L·CAIICILIVS
A·D·IV·K·QVICTILIS

Descripsi. Henzenus cum Kiesslingio testatur primum elementum pingi sic F: nec recte habet pro Γ cum Lupio. L. Caecilius a. d. VI. kal. Quinctiles.

1175. (= 842). — In Kircheriano.

Q·CAECILIS
A·D·VII·IDVS NO

Descripsi. Q. Caecilius a. d. VII. idus nov.

1176. (= 843). — Ex Baldinianis.

CAECILIA·PRIDIE N ARI

Caecilia, pridie n. april.

1177 (= 844). — Ex Baldinianis.

L·KAILI·
A D III EIDVS DEKEM

L. Kaecilius a. d. III. eidus dekem. Scriptor graeca littera utitur K.

1178. (= 845). — Ex Baldinianis.

M · CAELI C · F
A D VII E·MART

M. Caelius C. f. a. d. VII. eid. mart.

1179. (= 846). — In Kircheriano.

M·CDLIIO·M·L
A·D·III·DIICBR

Descripsi. Momms. tentavit M. Caledius: idem omittit punctum post III. Ritschelius habet Colio pro casu recto (de declin. recond. 12): ego pro tertio (Ann. Instit. 1860, p. 236). In epigraphe relata n. 1211, similem

Digitized by Google

casum reperies in C. Gemio. Legit Ritsch. aut M. Colio, collato numero 5221, I. neap. lat., aut, quod praefert, Caliio h. e. Caleo, Caleio, coll. item num. 1575. Lege: M. Coleo. M. lib. a. d. iiid. diicembr.

1180. (= 847). — Ex Baldinianis.

CALIOPA CIRCENSIS
A·D·XII·K MART

Calliopa Circensis a. d. XII. k. mart.

1181. (= 848). — Ex Baldinianis.

CALPTANA A·D·XV

Calpetana a. d. xv (kal. . .).

1182. (= 849). — Ex Baldinianis.

L·CANTIN·A·L·A D VI N·MAR

L. Cantinius A. l. a. d. VI. n. mart.

1183. (= 850). — In Kircheriano.

L·CANTVLIVS·MAMERTI
FECLT

Descripsi. Vasculum est formae grandioris ceteris. Lege L. Cantulius Mamerti fecit.

1184. (= 852). — Ex Baldinianis.

CARTILIA·A·D·IX K MAI

Cartilia, a. d. IX. k. maias.

1185. (= 853). — Ex Baldinianis.

L·CATINI·M·F

L. Catinius, M. f.

1186. (= 856). — Ex Baldinianis.

C·CINTI·PRIED
MAR

C. Cintius (Quinctius) prid. eid. mart.

Digitized by Google

1187. (= 855). — In Kircheriano.

P·CLAVDI·M·L·PHILOCRATIS
A·D·III·K·NOVBRI

Descripsi. S in fine, quod est formae cursivae, habuit Mommsenius pro *i*, legitque Philocratii. Sub litteris NOVBRI sunt initia NAN a scriptore tituli emendata NOV. P. Claudius M. L. Philocratis a. d. III. k. novembr.

1188. (= 856). — Ex Baldinianis.

P·CLODIS·C·L·PAMPIN

P. Clodius C. L. Pampilus.

1189. (= 857). — In Kircheriano.

CEXCTOC KAWΔIOC
ΔEKOMOY AIBEPTINOC
ANTI ΔION TEPTION NWNAIC

Descripsi. Litteratura graeca non obstat, quo minus titulum latine conceptum recipiam. Sextus Clodius Decumi libertinus ante diem tertium Nonas. Post nonais signum nullum est deperditi vocabuli, quod opinatus est Lupius. Mensis nomen aliquando omissum probat etiam n. 1251.

1190. (= 858). — Ex Baldinianis.

COIILIA
A·D·X K DIIC

Coelia a. d. x. k. dec.

1191. (= 859). — Ex Baldinianis.

CORDIA L F
A·D XV K IANVAR

Cordia. L. f. a. d. xv. k. ianuar.

1192. (= 860). — Ex Baldinianis.

C CORNELI·A·D EID·SEX

C. Cornelius a. d. eid. sext.

Digitized by Google

1193. (= 861). — In Kircheriano.

A·D·X·K·IAN·CN·COR

Descripsi. A. d. x. k. ian. Cn. Cornel.

1194. (= 862). — Ex Baldinianis.

L·CORNII

L. Cornelius.

1195. (= 863). — Ex Baldinianis.

IIXSODIVM OLC·DIICVMI
A·PIDIVS IAs

Puto: Exsodium (nomen mulieris) Oli lib. G. Decumio a. eid. iu(n)ias.

1196. (= 864). — In Kircheriano.

DEMETRIVS
P·K·IVN

Descripsi. Demetrius pr. k. iun.

1197. (= 865). — Ex Baldinianis.

DIDIA·NON·SEX

Didia Nonii Sexti.

1198. (= 866). — Ex Baldinianis.

A·D IV IIIDVS OCT
C·DOM DONATI

A. d. IV. eidus. oct. C. Domiti Donati. Nota casum secundum.

1199. (= 867). — Ex Baldinianis.

MAI PABRICIA
A·D IIX IIIDV
SIIP

Mai(o). Fabricia a d. IIX. eidus. Septembr.

Digitized by Google

1200. (= 868). — In Kircheriano.

FELIX·PETIC·SP K FE
M CAES·GALIVS

Descripsi. Tentavit olim Borghesius, consulum nomina latere putans in M. Caes Galius. Lego, Felix Peticii Sp(ectavit) k. Febr. M. Caesonius (vel Caesius) Gallus (fecit). Momms. in fine v. 1 addit B post FE: olim vero nomina putavit consulum a. 696, Caesonino Gabinio cos, explicans, improbante Ritschelio, Enarr. pag. 19.

1201. (= 194). — Ex Baldinianis.

FARNIIA
EID·INTERKAL

Farnia eidibus interkalaribus. Nota duplicem *i*, vel mecum lege Farnea.

1202. (= 869). — Ex Baldinianis.

A·D·VII·EIDVS OCTO
L FLAMNI

A. d. VII. eidus. octobr. L. Flaminius. Nota *i* sublatum.

1203. (= 870). — Ex Baldinianis.

FLAVIA·M·F
A·D·XVI·K·QVINCT

Flavia. M. f. a. d. XVI. k. quinct.

1204. (= 871). — Ex Baldinianis.

Q FLAVINI A D X K/
K APR

Q. Flavinius a. d. XIV. ? k... apr.

1205. (= 872). — Ex Baldinianis.

A · FVLVIA A L
A D V K MAR

A. Fulvius A. A. (= duorum Aulorum) lib. a. d. v. k. mart.

Digitized by Google

1206. (= 873). — Ex Baldinianis.

D·FOLVI

D. Folvius, quod pro Fulvius, veteri orthographia, scribitur.

1207. (= 874). — Ex Baldinianis.

FVLVIA CALA A·D·V·ID
OCT

Fulvia Cala, vel Galla, a. d. v. id. oct.

1208. (= 875). — Ex Baldinianis.

A D XIII·K·SIIXT·L·FVRI·L·L·

A. d. XIII. k. Sextil. L. Furius L. lib.

1209. (= 876). — In Kircheriano.

C·GALI·AD·XII
K·MAR

Descripsi. C. Gallius. a. d. XII. k. mart.

1210. (= 877). — Ex Baldinianis.

A·GELI·A D N DII

A. Gellius a. d. n. dec.

1211. (= 999). — In Kircheriano.

C·GEMIO
AD·VII·EI·IV

Descripsi. Momms. A pro A non recte; item, Cogitarim, ait, de C. aliquo Gennonio. Ritschelius, qui in Enarr. p. 19 de Gemio modo, ait, non constare nomine, antea legerat Genuo vel potius Gemio (de decl. recond. p. 12). Lege Gemio, collato Gemeio, comparatisque similibus Saufio, Saufeio; Graecio, Graeceio; Voltio, Volteio, cet.

1212. (= 878). — Ex Baldinianis.

NOVI·GRAECI
A·D·IX·DECE

Novius Graecius a. d. n.? decembr. Novius praenominis loco est, ut in Novio Plautio.

Digitized by Google

1213. (= 879). — Ex Baldinianis.

GVBVS·PK·IA
N

Gubus (pro Gybbo habe) Pr. k. ianuar.

1214. (= 891). — In Kircheriano.

P·H·COR Descripsi. Henzenius vult pro H esse II in vasculo; inde Mommsenius exculpit P. Lic. Or., non recte. Lege: Publ. Herennius, vel simile nomen, Corinthus?

1215. (= 997). — In Kircheriano.

HIR' A·D·XII·K·OCT
'A Descripsi. Lege: Hira ad. d. etc. Lineola addita litteris R et A, est nota revocantis. Cf. n. 1228. Mommsenius quaerit A secundi versus quid significet, nisi forte sit Abit, ut P, Perit, vel Positus. Idem puncta omittit.

1216. (= 880). — Ex Baldinianis.

C·IVNI ALI
A D K IV

C. Iunius A. li(b). a. d. k. iun.

1217. (= 881). — In Kircheriano.

M·IVNI·A·D·XI
K SEP

Descripsi. M. Iunius. a. d. XI. k. sept.

1218. (= 822). — In Kircheriano.

P·IVNI·PR·K·OCTO

Descripsi. P. Iunius pr. k. octobr.

1219. (= 883). — Ex Baldinianis.

P·IVNI P C L·AD·K

P. Iunius Publi Cai lib. a. d. k. . . .

Digitized by Google

1220. (= 884). — In Kircheriano.

IVNIA·C·F
A·D·IX·K·NVEM

Descripsi. Iunia C. f. a. d. IX. k. novem.

	PED·XX		

Ex Fabretto. Momms. v. 2 *a* legit Pilargurus: at in altero exemplo *b* puncta dividunt litteras, quorum rationem haberi malim. Fortasse A. Otacilius P. l. Arg(entarius).

1421. (=1076). — Romae via latina.

M·PINARI·P·L
MARPOR

Apud antiquos Marcipores Luciporesque dominorum gentiles, Plin. H. N. XXXIII, 1, 36. Hic Marci servus cum esset Marpor appellatus est: fuit deinde libertus Publii, et M. Pinarius dictus est in memoriam prioris domini.

1422. — In vinea Amendola.

Θ·M PLOTIVS·M·L·
PILARGVRVS·
v AMVLLIA·Ɔ·L·
ALABANDIS·

Ex schedis Marchi. Recepi propter veterem orthographiam. Alabandis est ex urbe Cariae Alabanda, ubi Amullia olim empta est.

1423. — Romae in museo vaticano.

(litt. maior.) POMITINA · C · L · STRATONC
MONVMENT·ET·VIRIDIAR·FECIT·SIBI·ET
C·C·POMITINIS·C·C·L·MAHENI·ET·ANTIOCHO
COLLIBERTIS·SVIS·
C·C·POMITINIS·C·C·L·SALVIO·ET·OPTATO·F·SVIS·ET·
P · CORNELIO · Ɔ · L · DASIO · ET ·
LEIBERTEIS · LEIBERTABVS · SVEIS
EXTRA · QVAM ·
C·POMITINO·C·C·Ɔ·L·ANTIOCHO·VERNAE
IN · FRON · P · XXIII · IN · AG · P · XII

Descripsi. Notabilis est propter *i* supereminens et *ei* tam in vocabulo quam in declinatione. Pomitina familia ex agro pometino, uti olim Suessa Pometia: inde pometinus seu pomptinus ager et palus pomptina et tribus.

Digitized by Google

1424. (= 1080). — Romae in basi quadrata ad portam Capenam.

POMPEIA·ASCLEPIAS·HEIC·SEPVLTA·EST
AMANTISSVMA·SVIS·FIDE·MAXSVMA·PIA

Ex Marinio qui descripsit.

1425. — Romae in vinea Berardiorum via latina duplici exemplo.

C POMPONIVS·C·F·SER
C·PVBLICI·C·L·TRVPO

SEX·CLOELIVS·SEX·F·COL
NIGER·MELANEPHORVS

VALGIA·A·L·TRVPHERA
MARIA·P·L·SALVIA
MARCIA·L·L·SALVIA
IVNIA·D·L·NEBRIS
P·MARIVS·D·L·ANTIOCHVS
IVNIA·L·F·TERTIA

Descripsi. Monumentum est ex lapide albano inscriptum in fronte et tergo. In fronte legitur inscriptio, in qua v. 2 TRVPHO et MARCIA, at parte postica hi sunt TRVPO et v. 2 MARIA. *u* pro *y* servatur in Trupo et Truphera. Melanophorus est Μελανηφόρος.

1426. (= 1068). — Romae in Vaticano.

OSSA SITA
P·POMPONI·P·L
RVFIONIS
MENOPILVS
ALF·SER·PVB
L·CORNELI EX·BASILICA
L·L·ALEXAE OPIMIA

Descripsi.

1427. (= 1081). — Romae.

PONTIA·PRIMA
HEIC·SITA·EST
NOLEI·VIOLARE

A. Ficoronio Muratorius 1730, 1.

1428. — Romae.

CHRESTENIS·PONTIAE·OSSA·HEIC
REQVIESCVNT·AVCTVS
SVAE·CONSERVAE·ET·OECVNRAE
SOROR·FECIT

Ex schedis Zarattini apud me. — V. 3 lege Oecumene.

Digitized by Google

1429. — Romae in museo vaticano.

M·POPILIO·M·
LIB · MIIRQ
VRIO · PHIL
OPONO

Descripsi. Huic liberto cognomen duplex Mercurius et Philoponus fuit. Notabilis est palaeographia II pro E, et orthographia, Q in Merqurio pro C.

1430. — Romae in museo vaticano.

PHILARGVRVS
CHRVSARIONI
·OSSVARIVM·DE·SVO
DAT

Descripsi. Est aetatis augusteae. Nota *u* pro *y* in Philargurus et Chrusarioni.

1431. — Romae fortasse: inde apud Radulphum Rochettum.

C·PVBLEIVS·C·L·A·AL
)·L·PARTHANIO·C·P
C·PVBLEIVS·C·L·PHILO

Prodiit in Athen. Français 1855 p. 52. — V. 1 Publeius, quod veteri orthographia Poubleius, ex Poublio sive Publio progignitur, hoc ex *Poibes*, *Poubes*. (Le ant. iscr. di Benev. 1875 p. 21). — V. 2 Parthanio ex Παρθένιον *e* in *a* converso, ut in Artamo pro Artemo.

1432. — Romae.

PVBLICIA·A·L·DEMETRIA
A·POBLICIVS·A·L·DIONISIVS
A·POBLICIVS·A·L·DEMETRIVS
SALVIA DELICIAE MEAE
D·PVBLICIVS N OL RVFVS
IN AG·P·XII I·FR·P·XI

Ex schedis Marchii. Qui libertis Salviaeque monumentum posuit est D. Poblicius Rufus. Nota *u* et *o* promiscuum in gentilicio, item *i* pro *y* vel *u* in Dionisius. — V. 5 supple N. f. col., quae est tribus libertinorum.

Digitized by Google

1433. (=1065). — Romae in museo Campanae.

C·QVINCTILIVS
C·L·PAMPHILVS
VNGENTARI
SIBI·ET·PATRONO
ET·LIBERTEIS·SVIS
POSTERISQVE
EORVM·ET·FAVSTAE·L·NOSTRAE

Est aetatis augusteae.

1434. — Romae in museo vaticano.

M·RAGONIVS·M·L·SVRVS
PONTIA · C · L · HILARA
M·RAGONIVS·M· L· EROS
STAEDIA · M · L · RVFA
M· RAGONIVS·M· L·CAES

IN·FRONT·P·XVI·IN·AGR·P·XII

Descripsi.

1435. — Romae in coenobio S. Pauli.

C · RAMIVS
PLOCAMVS
F RAMIA·POSIS
C·RAMIVS·ANTEROS
RAMIA·HEDONE

Descripsi. — V. 3 signum F deletae scripturae vestigium est.

1436. (=1084) — Romae ad portam latinam, inde in museum lateranense illatus.

Q·RVVBIVS·C·F
POP

Descripsi. Lege Q. Rubius Q. f. Pop(lilia).

Digitized by Google

1437. — Romae in Vaticano.

P·RVTILI·L·L
VIVIT
IN · FRONT
PED · XIIX
IN·AGR·P·XIIX

Descripsi

1438. — Romae in subterraneis Ecclesiae S. Clementis locis.

PAVLLA·RVTILIA·Q·F·M·IVN
IVNCI·MAIORIS

Descripsi. Rutilia fuit uxor M. Iunii Iunci maioris.

1439. — Ibidem.

Q TR PL PR
SATRIA·L·F·IVNCI·EADEM·F

Deseripsi. Leges facile v. 1 Q·TR·PL·PR. L. Satrius Satriae pater est, Satria uxor Iunci nempe M. Iun(ii) Iunci maioris et Rutiliae filii.

1440. — Ibidem in museo vaticano.

L·SCRIBONIVS
LIBONIS·L
STRABO

Descripsi. Est aetatis caesarianae.

1441. — Romae in Kircheriano tabella marmorea.

L·SEIIVS PILEIIRO
VEINERIR·L·L
SEIIA·HRIIS·V
EMIT·DVAS
R
OLAS·SIRIITPAT

Descripsi. Lege: L. Seius Pileros, Veneria L. L. Seia Heres v(ivit) emit duas ollas sibi et patrono. — V. 5 SIR pro SIB, errore fabrili. Nota omissum S in Pilero seu Phileros ut supra in Teupilo: item cognomen, sive nomen proprium, libertae praepositum: praeterea in Eres non afflatam vocem, in Olas simplicem pro duplici L positam, quae sunt omnes veteris orthographiae reliquiae.

Digitized by Google

1442. (=1087, XCII, D). — Romae.

CN · CN · CN · SEPTVMIEIS · CN · CN · C · L
PHILARGVRVS·MALCHIO·PHILEROS·ARG
CORNVFICIA · ↄ L SELENIO
SEPTVMIA·CN·CN·L AVGE

Descripsi. Est aetatis augusteae. — V. 4 Selenio ex Σελήνιον, lunula.

1443. — Romae.

P SERGIVS·P·L·PHILONIC
SERGIA P L · HILARA
SIBI · ET · SVEIS · Descripsi.

1444. — Romae in coenobio S. Pauli.

CIVS · PHILOMVSVS
DEMPTOR·PATRONO
ET · SIBI · FECIT

Descripsi. Pertinet ad familiam Tucciorum.

1445. — Ibidem.

C C · TVCCIORV
TELEPHI·ET·
ALEXANDR
IN·F·P
IN·A·P Descripsi.

1446. (=1103). — Romae.

OSSA·HEIC·SVNT
VRBILIAE·PRIMI·MIHI·ME·PLVRIS
DECESSIT · AN · XXIII · CARISSVMA
SVIS

Ex Marinio, Inscr. Alb. 100.

1447. — In arce ianiculensi urna quadrata ex lapide albano, duos loculos habens.

A·VALERIVS FLAVIA ↄ L
ↄ L
MENOPILVS APATE Descripsi.

Digitized by Google

1448. — Romae in museo vaticano.

L·F·CRATES·C·VALERIVS·C
NASEA·C·TVCCIVS·C·L·MN
NAES·L·CAECLIVS·L·L·TRVPHO
SEX·SERVILIVS·SEX·L·DIOGEN
IN·FR·P·XXIV·IN·AGR·P·XI

Descripsi. Tabula summa manca est.

1449. — Romae in operculo urnae rotundae marmoreae.

HEIC·SVNT·OSSA
VARIAE·C·L·GLYCERAE
FEMINAE·SANCTISSVM

Descripsi.

1450. — Romae in coenobio S. Pauli.

Q VEINVLE
VS·Q·L·APOL
LONIVS · VIV
VEINVLEIA·A·I
SCVMNIS · MA
V·VINVLEIA·A·I
QVARTA · F ·
IN F P XXXV
INAUΠXVII

Descripsi.

1451. (= 1098). — Roma Florentiam illata.

C·VEIVS·T·F·MAI BASILIA·SP·F·POSILLA
HOMO·FRVGI·ET·TV OPTVMA·FEMINA·SALVE

Ex Gorio 1, 369, 118. In museo vaticano.

1452. — Romae in museo vaticano.

L·VISELIVS·D·L
NICEPOR

Descripsi. Notabilis est liquida non duplicata et aspirata omissa.

Digitized by Google

1453. (= 1105, LIX, A). — Romae in insula tiberina, litterae sunt operis musivi in pavimento signino.

C·VOLCACI C·F HAR·DE·STIPE IOVI I·VRARIO ONIMENTOM

Petrus Hercules Viscontius Baro ita restituit, ut initio fuerit scriptum; Ex sententia, deinde factum monimentom. At Mommsenio absurdum visum est Iovi fieri monumentum, et supplendum aut aram cum monimento merito, aut fortasse non legendum, onimento, sed pavimento. Mihi videtur olim scriptum fuisse, dedit ob monimentom; locus capit fere novem litteras. Datur ob monimentum nempe pro monimento, quod pro statua, datur. Plautus in Curculione Act. 1, 11, 50: lepide, ut solet: Vineam pro aurea statua statuam, quae tuo gutturi sit monimentum. Declinatio in *om* ex veteri orthographia hic a Volcacio revocatur. Punctum post I vocis iurario videtur appictum errore musivarii et transferendum post Iovi. Quis sit hic Iovis iurarius non liquet. Ritschelius putat ab Henzenio recte comparatum cum Iove ὁρκίῳ (Henz. Or. III, 5633, *a*).

1454. — Ibidem in museo vaticano.

Q · VOLVSIVS
Q·L·NICEPORVS
V · VOLVSIA
Q · L · RVFA

Descripsi. — V. 3 V est Vivit.

1455. (= 1108). — Romae cippus lapide tiburtino.

CONLEGEI · SECTO
SERRARIVM

Ex schedis Sirmondi. Sectores serrarii sunt, qui serra opus faciunt.

1456. — Ibidem in museo vaticano.

Ɔ·L·L·SCVRRAE·HOMIN
SSVMO · MAXVMAE
OPTVMO · LEIBERTO
FECIT

Descripsi. Supple:... homini probissumo maxumae fidei optimo leiberto patronus fecit. Scurra cognomen est.

Digitized by Google

1457. — Romae in officina marmoraria ad ripam Tiberis.

EPAPHRODITVS
AE·CN·L·SIGE·ET
SQVE·SVIEIS·QVEIQVE
ATEIQVE·ERVNT
IA·EORVM·NATEI
ERVNT

Descripsi edidique in Diss. (I segni delle lapidi latine p. 16). Lapis videtur pro parte dimidia imminutus et supplendus fortasse sic: sibei leibertei)sque suieis queique eorum nati adgn)ateique erunt queique de famil)ia eorum natei adgnateique) erunt.

1458. — Ariciae.

Q · DECIRIVS · Q · LIB
BVRRIA
DECIRIA · Q · L · TERTIA
DECIRIA·Q·F·TERTVLLA

Descripsi. Burria, plebeia consuetudine ut Mancia, Glaucia, est Burrus. Burrum vero pro Pyrrho veteres dixisse affirmat Terentius Scaurus: et glossae, Pyrrhus, πυῤῥὸς ξανθός. Pyrrhum etiam latine dici a colore, Byrrhum, monet Servius. Vide Hieron. Columnam ad Ennii frag. p. 114.

1459. — In agro Lavicanorum quintanensium propelo cum qui dicitur Colonna.

AF SPECV
LVDIANE
VSQ F CLE
MENTIA
NO·P·PRO
CLI NIPASS
P M·∞

Descripsi. Prodiit in Eph. Instit. 1864 p. 93. Exhibeo ea de causa, ut appareat sera aetate scribi adhuc potuisse Af pro Ab, et clementiano pro clementianum, sermone scilicet plebeio. Aliud exemplum AF Ritschelius ex Marinio citat, Enarr. tab. p. 105: emERVNT· LOCVM·OLLARVM·XV·AF·LVCRETIA·SP·F· RVFA. — Inscriptionem leges sic: Ab speculo Dianae usque fundum Clementianum Pedatura Proclini passus plus minus mille. P pedatura est (De Rossi, Bull. Arch. Munic. 1874, p. 278).

1460. — In aedibus mondragonianis principis Borghesii, basis.

C·VOLCACIVS·C·F·LABEO
M·PLAETORIVS·L·F·M·N AID

Descripsi. Fortasse Romana est. Qui M. Plaetorius aedilis curulis innotuit a. 685 Cestianus appellatur, et Marci filius. Qui L. Plaetorius L. f. a Cicerone

Digitized by Google

inter senatores a. 688 numeratur, quaestor fuit ante hunc annum, nec Marci filius est, nec filium Marcum habuisse perhibetur.

1461. — Genzani in aedibus caesarinianis, e lapide albano.

M·AVONIVS·M·L		M·AVONIVS
MENANDER		ALEXSANDEI
M·AVONIVS·M·F	(litt. mai.)	DVRMIA · P ·
HOR		PHILVMINA·VXS

Descripsi edidique in Annal. Instit. 1860. Ibidem duae stelae sunt quae sic inscribuntur INFRO, omissa pedum mentione. E tot Ariciae Maniis unde proverbii loco fuere: Multi Manii Ariciae, duo Avoniorum liberti soli cum M. Avonio filio aetatem tulerunt.

1462. (=1110, LXII, A). — In agro lanivino epistylium aedis ordinis dorici.

Q·CAECILIVS·CN·A·Q·FLAMINI·LEIBERTVS·IVNONE·SI///PITEI
MATRI·REGINAE

Titulum sincerae vetustatis agnovit Mommsenius et propugnavit, cuius tunc extabat artificio recenti sculptum exemplum in lamina ardesia. Veras appellationes Iunonis, quae hactenus latuerant in litteris ISMR et explicabantur, Iuno Sospita Magna Regina, inde didicimus. Monumentum medio saeculo septimo propinquum putat Ritschelius, Enarr. tab. p. 54.

1463. (=1111). — Fidenis e lapide tiburtino.

PVBLIC · FID ·
L·MANILI·Q·F
L · MARCI · L · F
(litt. min.) DVO·VIREI·III
TERMINAVERE

Continuato magistratu per annos tres, duumviri tertium dicuntur. — V. 1 lege Publicum Fidenatium, nempe locus publicus, qui si vectigalis factus est, publicum vectigal dicetur. Habes in Castronovanorum thermis titulum repertum, hactenus non recte editum, quem leges sic:

PVBLICVM
NERANTM
VECTIGAL
BALNEARVM

Digitized by Google

1464. (1212). — Tibure.

FELICITATEI
T·CAVPONIVS·T·F·AED
C·AVFESTIVS·L·F

Ediderunt Cabral et del Re, Ville di Tivoli, 127. Cave ne cum Mommsenio Aufestium in Antestium mutandum putes. Habes inferius in lapide Sorano M. Aufestium.

1465. (=1113). — Tibure, basis marmorea.

HERCVLEI
C·ANTESTIVS·CN·F
CENS
DECVMA·FACTA·ITERVM
DAT

Ex Vulpio Diss. Corton. II, 176.

1466. (=1114). — Tibure in museum vaticanum illatus lapis.

SEI·DEVS
SEI·DEA

Ex Odericio Diss. p. 184, 281.

1467. (=1115). — Tibure in valle Gaudenti.

LAPIDES·PROFANEI·INTVS·SACRVM

Ex schedis Holstenii Fabrettus dat, 674, 14.

1468. (1116, LXX, H). — Tibure.

EQVITES · DEDERVNT
COIRAVERVNT
VTIVS·T·F·DE

Descripsi. — V. 3 supple Plautius T. f. dedicavit.

1469. (=1118, 1819 LXXV, K). — Tibure.

L·OCTAVIVS·L·F·VITVLVS (Vitulus
C·RVSTIVS·C·F·FLAVOS·ITER Flavos · iter (litt. min.))
IIII·VIR·D·S·S·
VIAM · INTEGENDAM
CVRAVER

Contuli. Extant duo exempla, in altero L. Octavius, in altero C. Rustius primum locum occupat.

Digitized by Google

1470. (= 1120). — Tibure.

TVL·TVLLIVS·TVL·F·P·SERTORIVS·P·F
CENSORES

Ex Iocundi codice veronensi fol. 134. Praenomen est Tullus.

1471. (= 1121). — Tibure.

L · NONIVS · L · F · PANSA
TVL · TVLLIVS · TVL · F
IIII·VIR·D·S·S·F·C
C·MANIVS·C·F
L·MAGILIVS·L·F·ITERVM

Ex Accursii ms. et Sirmondo Cod. paris. suppl. lat. 1417, f. 43.

1472. (= 1122). — Tibure.

TAMVLIVS·I
PONTVFEX

Ex Lesleo Vulpius, Lat. Vet. 10, 153.

1473. (= 1123). — Tibure in rupe incisum.

DAMOCRA
COTTAE·L·S
HOC·OPVS·F

Mommsenius v. 1 supplet Damocrat: Verum Damocra ferri potest ut Arpocra et similia. — V. 2 lege: Cottae Lucii servus.

1474. (= 1125, L, c). — Tibure in labro ad sinistram emissarii.

Q·COEL /// Q·F·LATIN·M·DECVMIV
AED · DE · S · S

1475. (= 1046, LXXV, M). — Tusculi, nunc Romae.

RNELI · M · F · PVP
MAMVLLAI
M · CORNELI · M · F · F
MAMVLLAI
EPPVLEIAI·A·F·VXORIS

Digitized by Google

1476. (=1126). — Marini, quo loco olim Castromoenium fuisse putant, in vinea Gabrielli cippus quadratus, lapide albano.

latus sinistrum	latus dextrum
IN AGRO	IN AGRO
P · PAACILI	P · PAACILI
TERMINVS	TERMINVS
TOTVS·EST	TOTVS·EST
CONLOCĀ	CONLOC

Descripsi.

1477. (=1127, LXX, E *a*, *b*). — Nemi.

LEICINIVS·L·F· | in latere N.....

Charta excepit Adulphus Michaelis hunc et sequentem, omisit tamen latus. *Ei* in Leicinius est pro *ē*, ut in Faceiun et seibi, et parenteis (gen.), ait Ritschelius, Enarr. tab. p. 62.

1478. (=1128). — Nemi.

C · VOCONIVS · C · F

1479. — Lanivii, quae civitas Lavinia modo appellatur.

A CASTRICIVS · MYRIO
TALENTI·F·TR·MIL·PRAEF·EQ
ET · CLASSIS · MAG · COLLEG
LVPERCOR·ET·CAPITOLINOR
ET·MERCVRIAL·ET·PAGA
NOR · AVENTIN · XXVI · VIR
MONI·PER·PLVRES
SORTITIONIBVS
IS · REDEMPTIS

Ab Amatio Borghesius acceptum edidit in Eph. Instit 1842 p. 104. Nemo adhuc supplevit. — V. 6 A. Castricium Myrionem de his viginti se viris fuisse putant, qui per hunc gradum ad quaesturam et senatum tendebant, quique instituti sunt a. 437 (Liv. IX, 20) manseruntque ad Augustum usque, et ex opinione Mommsenii ad a. 734. V. pag. 186, ad n. 637.

Digitized by Google

1480. (1129). — Praeneste.

CISIARIEI·PRAENESTINEI·F·P·D·D
MAG·CVR·T·OSENIANVS·L·L·LICIN
M·POMPEIVS//FELIOD
MINISTREI·NICEPHORVS·C·TALABARAI·S
NICEPHORVS·MITREI

Ex Iocundi cod. veron. f. 169.

1481. (=1130). — Praeneste.

COLLEGIV·MERCATOR
PECVARIORV·MAG·COIR·VVCIP
C·PATRONICI.....
F·P·D·D·L·M

Ex Cecconio (St. di Palestrina p. 38). Fortasse legendum in fine v. 2 MV CIPius. V. 3 C. Patroni(us) C L(ib)... Litteras singulares. V. 4 lege: F(ortunae) P(rimigeniae) donum dat libens merito.

1482. (=1131). — Praeneste.

LANI·DANT·MAG·COERAVERE
L·LIGVRIVS·L·L·ANTIOCHVS
P·DINDIVS·P· L·DAVOS·CALIDVS
Q·PETRONIVS·Q·L·SALVIVS
SEX·PONTIVS·SEX·L·STABILIO

Ex Smetio 13, 4.

1483. (=1132). — Praeneste.

G·MAG·COIB
NDER·PLAVTIVS·L·M
NVS·CORDIVS·A·S·T·P

Ex Cecconio (St. di Palestrina p. 101). In siglis L·M·A·S·T·P vv. 2, 3 Momms. latere putat fortasse Libentes merito votum solvunt Fortunae primigeniae, restitutis, loco A, T, litteris V F. Res est incerta, nec placet in calce deae nomen cui donum datur. Praeterea nomina subiecta non esse eorum qui voverunt, verum magistratuum, apparet ex similibus titulis. Fuit fortasse..... dant Fortunae Primi)g. Mag. coi[r](averunt..... Alexa)nder Plautius Lucii Marci servus.... nus Cordius Auli Spurii Titi [s]ervus. Vide infra n. 1508.

Digitized by Google

1484. (=1540). — Praeneste.

(litt. maior.) COQVES · ATRIENSIS
MAGISTRES · RODO OR
ARTEMO · DIND·Q·S·APOLI
PROTVS · AE

Ex Marinii scheda.

1485. (=1134). — Praeneste, basis marmorea.

C TAMPIVS·S·F·SER
TARENTEINVS · PR
HERCVLE · D · D · L · M

in latere
N...

Ex Cecconio p. 59.

1486. (=1135). — Praeneste columna.

C·MAGVLNIVS·C·F
SCATO·MAXS
C·SAVFEIVS·C·F
FLACCVS
PR
SACRAVERVNT

Ex Petrinio Mem. Prenest. 294, 1.

1487. (=1136). — Praeneste in villa olim Petrinia, nunc Frattiniorum, columna.

C · SAVFEIVS · C · F
FLACCVS
C · MAGVLNIVS · C · F
SCATO · MAX
PR
SACRAVERVNT

Descripsi quatuor primos versus, qui non interierunt aetate Petrinii cum titulo priore, ut putat Momms. — V. 4 extat SCAT AXS tantum.

Digitized by Google

1488. — Praeneste.

C·FLAVIVS·C·F·FI
FACIENDAM
SCRIBERETV
. . . . . .
M·FECIT HS «I» «I» «I»
VS·DVOMVIRI
BARVNT

Ex Cecconio (St. di Palestrina p. 81).

1489. (= 1138). — Praeneste via tiburtina.

L·SAVFEIVS·C·F·FLAC
Q
VIAM · STERNENDA
D·S·S·CVRAVIT

Ex Cicerchia Ann. Instit. 1855 p. 87. Dubitat Momms. an pro L· legendum sit C· collato titulo n. 1143 (= 1456).

1490. (= 1139). — Praeneste loco eodem.

C·F·SCATO·Q·
OS·VIGLIAS
ITVENDA·S·C·C

Mommsenii supplementa sunt C. Magulnius C. f. Scato Q. cancellos vigilias facienda restituenda s. c. c. Mihi placet C. Magulnius C. f. Scato Q. portas muros viglias turreis... restituenda s. c. cur.

1491. — Praeneste, ara, lapide albano.

TVRPENO PATI
C·VATI////////
L·ORCEV//////
PR

latere dextro
A·LIK

Apographum Cicerchiae emendavi qui legit TVRPENOM supplebatque Turpe nom(ine). Legendum docui TVRPENO PATRI. Notas officinatoris lateri dextro insculptas sero intellexit Mommsenius, qui fronti continuaverat. Turpenus pater quis deus sit non constat. τούρπαινα piscis memoratur a Paul. Aeg. VII, 16, 289, cuius ratio reddi non potest, iudice Lobeck, Pathol. p. 36 n. 37.

Digitized by Google

1492. (=1140, XCIII, B). — Praeneste in museum vaticanum illatus lapis tiburtinus.

C · CAESIVS · M · F
C · FLAVIVS · L · F ·
DVO·VIR·QVINQ
AEDEM·ET·PORTIC
D·D·S·FAC·COER
EIDEMQ·PROB·

Descripsi.

1493. (=1141, LIII, B). — Praeneste in thermarum ruinis.

Q·VIBVLEIVS·L·F
L·STATIVS·SAL·F
DVO·VIR
BALNEAS·REFICIVND
AQVAM·PER·PVBLICVM
DVCENDAM·D·D·S·
COERAVERE

Descripsi. Ritschelium ectypus chartaceus fefellit, qui v. 2 dat C pro L et v. 5 Π quadrata forma pro P.

1494. (=1142). — Praeneste, via ducente Albam.

C·SAVFEIVS·C·F
M·SAVFEIVS·L·F
PONTENVS
AID · EX · S · C

Ex Pighio, cod. berol. f. 212.

1495. (=1143, LII, A). — Praeneste, lapide albano.

M·SAVFEIVS·M F RVTILIVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q
CVLINAM·F·D·S·S·C·EISDEM
Q·LOCVM·EMERVNT·DE
L·TONDEIO·L·F PVBLICVM
EST·LONGV·P·CX ⊥ VIIIS
LATVM·AF · MVRO · AD
L·TONDEI · VORSV · P · XVI

Descripsi.

Digitized by Google

1496. — Praeneste in aedibus Cecconiorum.

C·ACREIVS·C·L
STEPANVS
// MIARIA·CN·L
DIONISIA

Descripsi. Cecconius legit p. 102 STIPANVS et v. 3 MITRIA GN. Emendabis STEPANVS et saMIARIA·CN·L.

1497. — Praeneste in aedibus olim Petriniorum.

L LVCVLANVS
L·L·SVRVS

Descripsi. Cecconius p. 101 dat ex schedis cum duplici *l*, LVCVLLANVS.

1498. — Praeneste in aedibus Barberinorum.

PLOTINA · L · L · COMPSE
L·PLOTINVS·L·L·IBACCHVS
PLOTINA · L · L · RVFA
L PLOTINVS L · L ALAVC

Descripsi. Cecconius p. 102 dat v. 2 IACCHVS et 4 ALAVGV male.

1499. (= 1145, LXXXIX, D). — Signiae.

(V. 1, 2 litt. mai.) P · HORDEONIVS · P · F
GALLVS · HERCOLEI
M·CAECILIVS·M·F·RVFVS
C·CLAVDIVS·C·F PRISCVS
IIII·VIR·I·D·S·C·AVGVRES
AEDEM·REFICIENDAM·SIGNVM
TRANSFERENDVM·BASIM
PONENDAM·CVRAVE·P·P

Signum Herculis, aede refecta, translatum est, augurato: ea de causa ex S. C. quatuorviri augures creati sunt.

1500. (= 1146, LXXV, F). — Signiae.

M·MEMMIVS·M·F
PR
SIGNA · BASEIS
DE·SVA·PECVNIA

Digitized by Google

1501. (=1147, XC, B). — Signiae.

(V. 1, 2 litt. mai.)

C VOLVMNIVS · C · F · FLACCVS · IIII · VIR · I · D
Q · VOLVMNIVS · Q · F · MARSVS
· CRVPTAM · ET · LOCVM · VBI · CRVPTA · EST · ET · AREAM
VBI · VIRIDIA · SVNT · MVNICIPIO · SIGNINO · DE · SVA · PEQ · DEDER

1502. (=1149, LXVIII, C). — Corae in aede antiqua.

M · MA. .LIVS · M · F · L · TVRPILIVS · L · F · DVOMVIRES · DE · SENATVS
SENTENTIA · AEDEM · FACIENDAM · COERAVERE · EISDEMQVE · PROBAVERE

Winkelmannus (Stor. dell'arte 3, 52 ed. Fea) tiberianam aetatem isti titulo assignat. Mommsenius potius Sullanam, at Sulla decennio anteriorem, Ritschelius facit, Enarr. tab. p. 60. — V. 1 MALLIVS Apian. Fabr.; Iucundus, ut dedi. Hodie M. .LIVS; Ritsch. MaeLIVS pro lacunae spatio.

1503. (=1150, LXVIII, A). — Corae in aede Castrorum duobus exemplis, altero mutilo.

//CALVIVS · P · F · P · N · C · GEMINVS · C · F · MATEICLVS · AED
CASTORIS · POLLVCIS · DE · S · S · FACIENDAM · PEQVN · SACR · COERAVE
//CALVIVS · M · F · P · N · C · CRASSICIVS · P · F · CN · VERRIS DSS PROB/////EDICARQ

1504. (=1151, LXVIII, B). — Ibidem.

M · CASTORI · POLLVCI · DE · C · S · FACIENDAM · PEQ · SACR COER
M · CALVIVS · M · F · P · N

1505. (=1153, L, F). — Corae ara rotunda cum bucraniis et sertis.

FORTVNAE · OPSE
P · PEILIVS · L · F · C · CALVIVS · P · F
CENS

1506. (=1154, XCII, H). — Corae basis exagona cum triglyphis, bucraniis, rosis.

M · AVLIVS · C · F
BVXSVS
L · SALEIVIVS · L · L
PHILOCLES
SIGNVM · BASIM
CONCORDIAE
DANT

Digitized by Google

1507. (=1155). Corae.

PAVL·TOVTIA·M·F·ET
CONSVPLICATRICES

Ex Iocundi cod. Veron. f. 63.

1508. (=1156). — Corae.

IAE·SERVEIS·CONTVL·HSΦΦΦ⊥V·MAG·X·DED·HS
S·SALEIVI·P·S·LEIBER·COERAVIT·TIMOTHEVS·POPLI·L·M·S
ANTIOCHVS·POP·S·LEIBER·COERAVIT·PETRO·FVRI·L·S
FVRI·L·P·C·S·ANTIOCHVS·VTILI·CN·S·LEIBER·COERAVIT

Ex Iocundi cod. Veron. f. 36. Versuum divisio incerta, nec indicantur lacunae. Serveis, nempe servei, contulerunt sestertium tria millia quinquaginta quinque: cum vero Magistri creati sunt, dederunt HS... fortasse X si recte transferendum numerum putavit Mommsenius. Aedes cuius deae fuerit ignoratur: videtur tamen fuisse Concordiae, collato n. 1506. Ex Servis istis, qui libertatem consecuti sunt, quatuor curant, reliquis duobus, qui servi sunt, cura non demandatur. — V. 3 post POP· omissum est praenomen patroni. Ibidem PETRO cognomen integrum quin sit, nihil obstat.

1509. (=1160). — Anagniae, in puteali.

M·ARRIVS·M·F·L·N
L·VITORIVS·C·F
AID·SEN·EOP

Descripsi et charta espressi. Ultima verba in v. 3 sic olim sum interpretatus: Sen. C. opstruxerunt vel opsaepserunt, habita ratione lineolae, quam putavi casu non accessisse. Henz. coniecit, Senatores coptati, nempe cooptati. Contra Momms. putavit errorem latere in textum et fere corrigendum sic: AID. *d. s.* SEN. *cOr.* Senatores cooptabantur in municipiis, qui in numero decurionum non erant, cum magistratum capiebant.

1510. (=1161, LXVII, c). — Ferentini in parte meridionali fundamentorum arcis continenter scriptum.

·HIRTIVS·A·F·M·LOLLIVS·C·F CES (F)VNDAMEN(TA) MVRO(S)QVE·AF·
OLO·FACIVNDA COERA(V)ERE·EIDEMQVE·PROBAVERE·IN·TERRAM·
VND(AM)ENTVM·EST PEDES ALTVM·XXXIII·INTERRAM·AD·IDE | parte occidentali M·EXEMPLVM
VOD·SVPRA·TERRA(M·SILICI)

Digitized by Google

Descripsi edidique in Eph. neap. mea et Minervini vol. II, 36 seqq. Haec inscriptio et ipsa lacunosa repetita legitur in coronide fundamentorum parte occidentali, quae in eo tantum differt quod ibi COERAVERE plene scriptum est, hic COERAVE. Supplementa inde sumpta lunulis inclusi. Opus novum, de quo loquitur inscriptio, a veteri fundamento primus mensuris peractis distinxi. Quo facto ostendi Romanos substructionis illius quae in infima murorum parte parallelepipedis et polygonis constat, auctores non esse, ut a plerisque scriptoribus ferebatur: item quid esset fundamentum in terram et supra terram ostendi.

1511. (=1163, LXVII, B). — Ferentini in epistylio exteriori portae arcis, quae est in fundamentis.

M·LOLLIVS·C·F·A·HIRTIVS·A·F·CES·FVNDAMENTA
FACIVNDA·COERAVERVNT·EIDEMQVE·PROBAVERE

Descripsi edidique loc cit.

1512. (=1162, LXVII, A). — Ibidem in epistylio interiore portae quae est in fundamentis.

A·HIRTIVS·A·F·M·LOLLIVS·C·F·CES·FVNDAMENTA
FORNICES · FACIVNDA · COERAVERE · EIDEMQVE
PROBAVERE

Descripsi edidique loco cit. Velim ne elementum b in versu tertio pertinere ad scripturam putes, quam cursivam dicimus: illa enim forma est imperfecta relicta, errore fabrili, quod saepe accidit, ut aliqua lineola vel lunula omissa sit a quadratario.

1513. — Ferentini in basis candelabri fragmento.

M·MIND // // // // ·MOLT

Descripsi M. Mindium habes denuo in aere prope Lugnanum effosso. Vide supra n. 560. Lacunam supple ex argento moltae, nempe multatico.

1514. (=1164, LXXV, C). — Ferentini in horto Episcopi.

L·POPLILIO·C·F
FLACCO
POPLICE·STATVTA

Digitized by Google

1515. (=1165, LXXXIII, c). — Ferentini tabula litteris aeneis, plerisque adhuc exstantibus, reperta et in museum vaticanum illata.

P·M·SALONIEI·TI·F
AED
PAVIMENTVM
D·S·P·T·C

1516. — Ferentini repertus titulus.

HIRTIA· A·L
AGATOCLIAE
MONVMENTVM
FECIT·SIBI ET
C·EPPIO·T·F·PVB
VIRO · SVVO

Dedit Alphonsus Georgius charta expressum. In Agatocliae nota afflatum omissum, et in fine suvo quod pro sovo scribi coeptum est saeculo extremo septimo aut octavi initio.

1517. (=1166, LII, B). — Aletrii.

L· BETILIENVS · L · F · VAARVS
HAEC · QVAE · INFERA · SCRIPTA
SONT · DE · SENATV · SENTENTIA
FACIENDA ··COIRAVIT · SEMITAS
5 IN·OPPIDO·OMNIS·PORTICVM·QVA
INARCEM · EITVR · CAMPVM · VBEI
LVDVNT·HOROLOGIVM·MACELVM
BASILICAM · CALECANDAM · SEEDES
ACVM · BALINEARIVM · LACVM · AD
10 ORTAM·AQVAM·IN·OPIDVM·ADQVE
ARDVOM· PEDES·CCCXL·FORNICES
FECIT · FISTVLAS · SOLEDAS · FECIT
OB·HASCE·RES·CENSOREM·FECERE·BIS
SENATVS · FILIO·STIPENDIA·MERETA
15 ESE·IOVSIT·POPVLVSQVE · STATVAM
DONAVIT· CENSORINO

Descripsi. Edidere plures, at Ritschelius commentario instruxit primus, Momms. retractavit. Tamen opera fere omnia a L. Betilieno facta, nemo adhuc intellexerat. Vide Diss. Romae editam a. 1865 (Intorno alcuni avanzi

Digitized by Google

di opere idrauliche antiche rinvenute nella città di Alatri). Momms. Ritschelium laudat quod recte explicaverit AD ARDVOM, in tit. Aletrin. p. 111, esse arcem scilicet: additque fornices qui in titulo nominantur eos esse qui aquae ductum ad arcem sustinuerunt. At nihil minus. Nec enim ad arcem usque aquae salientis vis potuit pertingere, nec qui ARCEM v. 6 proprio vocabulo appellavit, deinde eam ARDVOM vocasse probabile fit. Fornices qui simul cum fistulis solidis facti dicuntur ii sunt, quorum ruinae adhuc visuntur in valle constantque cocto e latere, suntque pilis suspensi quadratis. Porticus contra constitit e columnis, quarum bases his annis proxime adhuc ostendebantur. Arduus locus ille est, in quem aqua fistulis compressa solidis ex infima valle salit per pedes CCCXL. Fistularum solidarum quaedam fragmenta invenit P. Angelus Secchius, hae vero testaceae sunt crassaeque fere semipedem. Lacum etiam ad portam is indicavit, imo et campum ubi olim luderent a Varo factum: subiectis tubis ingentibus subtilibusque ex testa porosa strigarum in modum dispositis, qui aquam pluviam e campo superiore in fossas circa campum ductas corrivabant. Quare campo Alatrinates ubi luderent uti hieme etiam commode potuerunt. Neque obruam silentio lacum ad portam hodie Secchii consilio refectum purgatumque, aquam iterum ex eo antiquo ductu excipere coepisse. Titulum ante bellum marsicum positum arguit, ait Momms., quod legitur v. 14 senatum Betilieni filio stipendia militaria merita esse iussisse.

Quod olim dixi in voce omnis i supereminentem videri, id non affirmavi lapide inspecto, sed auctoritate Alphonsi Giorgi quem ea de re consului. Vidi postea eo in loco detrito aliquam esse illius I speciem tantum.

1518. — Aletrii, in aedibus publicis.

M·AFRENI·SEX·F
ROM

Descripsi. Lege: M. Afrenius M. f. Romilia.

1519. — Aletrii in aedibus publicis.

(litt. maior.) ATRONEIS
RVFREIVS · M · C · LIB
PHILVS · SIBI · ET · SVEIS
RVFREIO · M · F · ANI
RVFREIO · M · F · ANI
ECIAE·L·F·POSILLAE·VXO
RVFREIO·M·F·ANI·GALL
FREIAE · M · F · DORCA
TIAE·L·F·RVFAE·SO

Digitized by Google

Descripsi. Patroni sunt M. et C. Rufrei M. filii Aniensi (e tribu), quibus M. Rufreius M. C. libertus, et sibi, et suis, monumentum posuit.

1520. — Setiae.

L·SEXTILIVS·Q·F
TAVRVS
CES

Ex schedis Zarettinianis.

1521. (= 1167, LX, H). — Androsani in sacello S. Leonardi.

NICOMACVS·SAF·L·S
PAAPIA·ATIEDI·L·S
DOROT·TETTIENI·IFS
MENTI·BONAE
BASIM·DON·DANT

Descripsi. Paapia nomen virile est; nempe Papias, uti Hermia est Hermias, Democra Democras, Pilero Pileros et similia, in quibus *s* finale sublatum est.

1522. (= 1168). — Celani.

MENTI·BONAE
D·D
SVRVS·TETTIENI·C·S
PHILONIC·MARCIAE·S
NICOMAC·ALBI·M·S

Accursius aliter versus distribuit, cod. Ambros. D, 120, additque supra videri imaginem mulieris in scopulo sedentis truncis capite brachiisque.

1523. (= 1169, LXX, F). — Massae in agro Albae fucensis, porta bivalvis.

supra portam

(litt. maior.) homo tunicatus d. normam et pedem s. tenens

P·T·SEX·HERENNIVS·SEX·F SER
SVPINATES·EX·INGENIO·SVO
EPOINTE

homo tunicatus perpendiculum tenet

Descripsi. Versum 3 descriptores omisere Brocchius et Brunnius. Instrumenta hominum fabrilia aliter appellat Momms. non recte a Brunnio edoctus: nam sinistrae malleum et scalprum dat, dextrae gromam. Portam bivalvem infra inscriptionem nemo hactenus memoravit. — V. 3 EPOINTE

Digitized by Google

a me accepit Momms. Inscr. neap. lat. 5618, quod vocabulum quid significet ignorari, ait. In add. ad Inscr. lat. antiq. coniectura paulum progressus numinis nomen adhuc ignoti deprehendit, quod tertio casu positum legit EPOINTAE. Scias, lector, velim artifices hic uti voluisse graeca voce ἐποίουν litterisque latinis scripsisse addito *te* sublatoque graeco ν ΕΠΟΙΝΤΕ. Conferas sigillum pluribus tegulis impressum prope Cupram maritimam latina litteratura DIONISIOS COLOPONIOS ΕΠΟΙ. Veteres vero tertiis personis verborum sive in *ti* sive in *te* desinentibus esse usos docet Festi locus, p. 205: Prae te tremonti, hoc est tremunt. De aetate tituli contra me disputasse se affirmat Ritschelius in Mus. Rhen, t. XIV, 379 sq. Enarr. tab. p. 62. Ego nullam titulo assignavi aetatem. Hoc tantum affirmavi, posita declinatione in *eis* pluralis numeri secundae, quam Ritschelius ad primam dimidiam partem saeculi septimi olim retulerat, id sequi, ut *i* longa, quam ipse attribuebat aetati augusteae diu ante inceptaverit: ea vero esse pugnantia inter se. Inscriptio est aetatis fere sullanae, qua *i* supereminente uti coepisse veteres certum est. Vide p. 29.

1524. (=1172, LXXVII, L). — Prope Avezzanum olim in pariete Ecclesiae S. Nicolai, nunc in aedibus publicis. Ara cum triglyphis et metopis.

HERCVLEI · D
MILITES·AFRICA
CAECILIANIS
MAG·CVRAVIT
C·SALTORIVS·L·F

Descripsi. Momms. putat Caecilianis more vetere pro Caeciliani casu primo plurali positum. At milites e Caecilianis dici potuerunt qui e numero eorum essent, quos Caecilius sublegerat, eadem ratione ac Rutiliani dicti sunt illi Africani, qui stativa habuerunt diu post Cotyei, in Phrygia Salutari.

1525. — Albae.

FLAVIA·A·ET·)L·
PHILVMINA·
VIVA·FECIT·SIBEI·ET·
C·TETTIENO·SAGITTAE·
L·ALEXAE·ET
T·VEDINO·)L·STATIO·
ET·HEREDIBVS·SVIS·

Ex Carmelo Mancinio, qui descripsit.

Digitized by Google

1526. — Albae, nunc Avezzani in aedibus publicis.

C · MARCI · ↄ
ANTAI
VEIVOS

Ex Fr. Xaverio Ciprianio. Leges et supplebis C. Marcius Marciae lib. Antaius, vivos.

1527. (= 1541, A). — Pescinae in columella.

A·SALVIVS·V·F·CLEDVS
PVRᶜEFR°·D·D·L·M

Ex schedis Marini Tomasetti, melius quam e schedis Avezzanensibus apud Momms. I. r. n. lat. 5555. Purcifer, sive Purciferus, quis deus sit, non liquet.

1528. — Pescinae.

P · PACCIVS · PAC · F · DENTIO MONVMENT
EX TESTAMENTO FACTVM EST ARBITRATV
LIBERTORVM

Ex schedis Marini Tomasetti. Edidi in Bull. meo a. 1852 et in Annal. Instit. 1860 adnotans morem appellandi nominis gentilicii patris loco praenominis positi ut pater vocaretur Paccius Paccius, Ovius Ovius.

1529. — Inter titulos piscinenses relatus.

VIBIA · TETIDIA · L · F

Ex schedis Avezzan. Momms. I. r. n. lat. 5546.

1530. — In pago S. Sebastiani ai Vorrelli.

astrum serpens
PACEDIE SEXFA
COGITATO TE·HOMINESSE
ET·SCITO MORIENDVST·VALE
valvae cum annulis

Dedit Adamus Buccella. — V. 1 lege Pacediae Sexti f. A... Imminutum hoc loco lapidem non notavit Buccella. Sequitur sententia ad modum iambici senarii concepta, modo pro, cogitato, reponas, cogita:

Cógita te hóminesse ét scitó moriéndust vále.

Digitized by Google

1531. — Alle Casella in superliminari ianuae sepulcralis.

T·ΓACILEDIVS·Γ·F·SER·RVFO

Descripsi. Malles fortasse Paciedius: tamen Paciledius marsica consuetudine, ortum trahit ex Pacilio, quod nomen rursus ex Pacio derivat, ut ex Acio Acilius, ex Paulio Paulilius.

1532. (= 1173, XCVIII, 1). — In pago S. Sebastiani in horto Bernardi Grassi.

PIITICIA·P·L·CHITIIRIS
CIIMIILVS·FILIVS·FIC

Descripsi et charta expressam Ritschelio misi. Chiteris est Cytheris, Cemelus vero Gemellus. Nota ⊨ litterae formam in Fec.

1533. (= 1174, XCVIII, c). — In pago Bisegna, loco dicto Pesco Pannolo, in area Dominici de Giulio.

LIBO·TETDIVS·2·T·L
ΓAMΓILA·ANAIA·Γ·L

Descripsi, et charta expressam Ritschelio misi. Momms. non recte indicavit aream Iuliae 'all'aia di Giulia'. Helbigius retulit, se a Philippo Placidi lucensi, quem transaccensem vocat, didicisse locum a Pescina distare IX pass. mill. V. Ritschel. enarr. tab. p. 96. Post L in versu primo vestigia litterarum consomniarunt descriptores in superficie levi et vacua.

1534. (= 184). — Trasacci.

SA·STA·FL·
VIC·D·D·L·
M

Descripsi. Lege Salvius Statius Flavos, vel Florus, vel simile, Victoriae donum dat libens merito.

1535. — Ibidem.

P·PETICIVS·SA·F· PETRONIA·SA·F
PETICI

Descripsi.

1536. — In agro trasaccano.

N·VARECIVS·N·F
SEPVLTVS

Ex Rossio Clemens Cardinalius. Momms. I. r. n. l. 5590. Confer simili forma conceptam epigraphen, ibid. n. 5544 e sched. Avezz., STATEDIA·N·F·SEPVLTA.

Digitized by Google

1537. (=1175, LII, A). —Prope Soram in ruinis templi Herculis, lapide albano.

·P·VERTVLEIEIS·C·F
QVOD·RE·SVA·DIFEIDENS·ASPER
AFLEICTA PARENS·TIMENS
HEIC·VOVIT · VOTO · HOC
SOLVTO DECVMA · FACTA
POLOVCTA LEIBEREIS · LVBE
TES · DONV · DANVNT ·
HERCOLEI · MAXSVME
MERETO SEMOL · TE
ORANT SE VOTI · CREBRO
CONDEMNES

Descripsi et charta expressi post Brunnium. Versu saturnio carmen conceptum Io. Petrus Secchius in concessu Inst. Arch. primus docuit: nam Henzenus nihil de carmine suspicatus ediderat. Versus sunt Saturnii, et distinguuntur brevi intervallo vacuo relicto; scandes vero sic:

Quod ré suá difeídens ásper(é) afleícta
Paréns timéns heic vóvit vóto hóc solúto
Decumá factá poloúcta leíbereís lubétes
Donú danúnt Hércoleí máxsumé méreto
Semól te órant sé (v)otí crebró condémnes.

Auctor carminis hiatum in vv. 1 et 5 admisit, aut thesim sustulit. Ritschelius scandit sic:

Semól te oránt se vóti crébro cóndémnes.

In versu quarto bis thesim sublatam vides.

1538. — In insula Fibreni in fundamentis Ecclesiae S. Dominici.

VERTVLEIA
ARTIMIS
OLCIA·ADVF
ERTVLEIA·CH

Descripsi: Supplebis. Vertuleia Artimisia, Volcia Adventa, Vertuleia Chia?

1539. (=1176, LX, F). — Atinae.

MVNNIAI·C·F·
SACERD·CER·
culter scrofa

Descripsi. Atinatem huc recepisse, ait Ritschelius, Enarr. tab. p. 53, ut « et geminatam esse, non simplicem in MVNNIAI liquidam appareret, et prisca aetate non recenti, ipsum titulum scriptum ». Tamen titulum medio saeculo septimo scriptum non temere coniicitur.

Digitized by Google

1540. — Atinae in agro ad Vicalvi fontem.

POMPONIAE·A·F Descripsi.

1541. — In valle di Comino.

M·STAIDI·M·F·M·N·TER
CAPITONVS
GRAICIA·C·F·VXSOR
M·C·STAIDIEIS·M·FEILIEIS

Descripsit Carm. Mancinius. Nota secundo casu Capitonus, et pluralis primum in *eis*, M·C· Staedieis M. feilieis, quae dimidiata inferius nullo negotio supplentur.

1542. (= 1177, LX, A). — Arpini in turri campanaria S. Mariae di Civita.

Q·GAVIVS·Q
CN · LONGID
CN · TILLIVS
AID·D·S·S·IN
TVRRIM · M
FVLONICA
ET·INFERIOR

Descripsi. Corruptam dedit Momms. in Inscr. neap. lat. 4475 ex Pistillio ceterisque. Versum quartum interpretatur suppletque Ritschelius sic: Aidem d. s. s. integundam, turrim moeniendam, Fulonicam superiorem et inferiorem; nisi quis malet, ait, Fulonicam et puteum inferiorem. Haec reiicies, collata, uti par est, formula similium titulorum et sequentis. AID enim vero non AIDem significat sed AIDiles, qui de Sen. Sent. in... turrim, murum, fulonicam... et inferior... fecerunt vel refecerunt.

1543. (= 1178, LXXVI, c). — Arpini in aedibus de Vito.

A · AEGIVS · C · F · M
L·RVNTIVS·C·F·SISIPVS
M · FVFIDIVS · M · F · P
AID · DE · S · S · A
VIAS · CI.....
CLOVACAS · FACIVN
COER · EIDEMQVE
PROBAVERVNT

Descripsi et charta expressi. — V. 5. Olim mihi exscriptum VIAS·CIV, Oss. int. ad una iscr. osca p. 7. Mommsenius supplet viAS·CIsternas cet. Ritschelius in Enarr. tab. p. 60 « notabilis, ait, titulus eo est, quod SISIPVS forma uni soli exemplo est υ litterae graecae, non V latina, sed I littera expressae, per liberae tempora rei publicae ». Addere oportuit HIMINIS nempe Hymnis n. 1304, CHITIIRIS n. 1532 pro Cytheris.

Digitized by Google

1544. — Arpini in turri campanaria S. Mariae di Civita.

IEI MIAR
TANGERE · LIC
M·TREBELLI·AI
M·AIEDIVS·M·
M · ANIVS · SA

Descripsi et charta expressi. Redit hic verbum tangere quod legimus in scito vici furfensis n. 993 v. 6: humus tabulamentaque utei tangere liceat aedificandi causa. Fertur male descripta in Mommsenii I. r. n. l. 7253. Versu primo omisso in 2 A·TREBELLIAI, in 5 CA pro SA.

1545. — Arpini ibidem.

ACERRO
ITERVM EXTRVXIT
ET TVRREIS

Descripsi. Supple v. 1 Vacerro, v. 3 moirum et turreis.

1546. (= 1179). — Arpini.

Ex Manutio de Orthogr. 761, 6. Fortasse fuit... Q. f. Manceps... f. C. n. Chaerea...us. C. f. Sucidus.

>·F·MANCIP·)
F·CN CHAERIIT
VS·C·F·SVCID
MVRVM
PED · CCCXXC
COE

1547. — Arpini in turri campanaria S. Mariae di Civita.

IVM · SAGRVM
RI·MERCVRIO·DAN
CILIX·TVLLI·L·S
TEIPA·PRECIAE·S
PHILOTIMVS·HERI

Descripsi et charta expressi, loco arduo, ut potui. — V. 1 SAGRVM ut mihi videtur, lapis. Quae feruntur huius tituli transcriptiones (I. r. n. l. 4470, 7552) peccant omnes. — V. 1 LVM pro IVM, v. 2 LAN pro DAN, v. 3 omnes TVLLIIS. Grossio excepto, v. 4 TEMARREGIAE vel TE// AD///REGIAE omisso S, v. 5 THILO MAIIF vel IINO MAIIN vel ///O/// I/// M/// quae sunt lectionum monstra. Supple versus 1 et 2 pro

Digitized by Google

ingenio: scias tamen dimidiam fere tituli partem periisse. Quamobrem quid lateat in IVM ignoratur. In RI versus 2 periit fortasse conditio eorum qui Mercurio dant, ut lanarii, pecuarii ex. causa. Cetera expedies sic: Cilix Tullii Lucii servus, Teipa Preciae servus, Philotimus Herennii Lucii (servus).

1548. (= 1180, LXXIV, A). — Fregellis.

(litt. maior.) C · MARIVS · CL
SALVIVS CALLVS
SIBIII · IIT · SVEIS · ET · TVCCIAE
PHILEMATIONI

1549. (= 1181, LXXVI, E). — Aquini.

AEDICVLAM : ET
BASSIM · MAGISTREI
DANT
M · RVLLIVS · M · F
M · OFELLIVS · V · F
L · MAAMIVS · P · F
P · SERVIVS · P · L
TRHASO
L · VENNONIVS · L · L
PROSAMVS

V. 2. Mos duplicandi *s* ut hic in Bassim, inferius in Magisster n. 1562 alibi in Caussa aetatis est ciceronianae.

1550. (= 1182, LXX, A). — Aquini.

(litt. maior.) SERVIAI C · F
SACERDOTIS · LIBERI
PVBLICAI · AQVINATIS

1551. (= 1183). — Casini.

AGRIA · SVEIA · NF
SACERDOS
CERER · ET · VENERVS

Ex Vertecchio p. 39.

Digitized by Google

1552. (= 1184). — Casini in templo S. Mariae delle cinque torri.

CN·AGRIVS·CN·F·POLLIO
L·LAVFEIVS·L·F·APOTHECA
IIII·VIREI·IOVR·DEIC·

Ex Manutio, Orthogr. 610, 4. Titulum aetate fere ciceroniana scriptum putat Momms. antequam colonia, quae collocata est aetate caesariana eo deduceretur.

1553. — Casini.

ALBIA·L·L
CALLITVCE

Descripsi.

1554. (= 1185, LIX, G). — Casini in villa Petracconia.

Q · CAECILIVS · C · F
FRONTO
SIBEI · ET · SVEIS
IN · FR · P · XII
IN AG P X

1555. (= 1186, LIV, G). — Tarracinae in porta civitatis.

Q · AVFIDIVS · Q · F
Q·MAGVLNIVS·Q·F
D·S·S· FACIVN·COER

Ex Sirmondo, cod. paris. suppl. lat. 1417, 15.

1556. (= 1187). — Tarracinae.

L·NVMISTRONIVS·L·F·DECIAN
C·LVCIVS·M·F
M· RVNTIVS· L·F·MESS
AED·PORTAS·TVRREIS
MVRVM·EX·S·C
FACIVN · COERARVNT
EISDEMQ·PROBARVNT

Ex Iocundo, cod. veron. f. 127.

Digitized by Google

1557. (=1188). — Fundis in turri prope Episcopium.

C·VALERIVS·C·F·TRIARIVS
M·RVNTIVS·L·F·MESSIA
ITER·C·AFIEDIVS·C·F·SEXTI
AED·EX·S·C·F·LOCAVERVNT
M·RVNTIVS·L·F·MESSIANVS
C·AFIEDIVS·C·F·SEXTIANVS
PROBAVERVNT

Ex Iocundo, cod. veron. f. 127.

1558. (=1189). — Fundis in moenibus prope Episcopium.

Q·GAVIVS·Q·F·NAVTA
M·CAIVS·C·F
C·BRACCIVS·C·F
AED·EX·S·C·FAC·COER
EIDEMQ·PROBAR

Ex Iocundo, loc. cit.

1559. (=1190). — Fundis in moenibus exeunti ad sinistram.

Q·GAVIVS·Q·F·NAVT
M·CAIVS·C·F
C·BRACCIVS·C·F
AED·EX·S·C·F·C

Ex Iocundo, loc. cit.

1560. (=1191). — Fundis prope portam odiosam in atrio domus privatae.

M·NELLIVS·M·F
A·OCTAVIVS·C·F
L·VRSIVS·A·F
AID

Ex Notariannio p. 212.

Digitized by Google

1561. — Fundis.

L · FVFIVS · L · L ·
ALEXSANDER
MAGISSTER
QVINQVEANNALIS
INTERREXS·FONTANO
DE · SVA · PECVNIA ·
ARA · POSIT · LIBE · M
COLLEGIV · DECRETV

Descripsit ediditque Carm. Mancinius cum commentario. Magistrum quinquennalem collegii item interregem habes, nomine a magistratibus municipalibus mutuato. Fontanus deus est. Libe pro Libes seu Libens dicitur. Collegiu decretu quasi graeca declinatione pro Collegii decreto est.

1562. (= 1192, LX, A). — Formiis, extat in villa Ciceroniana.

\ MESSIVS · Q · F · C · ACILIVS · M F
N · MEVIVS · CN · F · AID MVRVM
ET · AREAM · CLAVDENDAM · EX
SEN · SEN · FACIVNDVM · CVRAVERE
ISDEMQVE PROBAVERE

Ritschelius hunc titulum, licet litteris vetustis, teste Mommsenio, scriptum, tamen propter MVRVM et CVRAVERE scripturam putat non posse antiquiorem medio saeculo septimo haberi, Enarr. tab. p. 54.

1563. (= 1193, LXXVII, B). — Formiis in villa Ciceroniana.

P·MARCIVS·P·L·CHARIE
CORONARIVS·HEIC
SITVS·EST·

Lege cognomen Charies. In titulo via latina reperto et a me descripto CHARIESSA cognomen est feminae.

1564. — Molae sive Formiis.

M·AMPVDIVS·N·F
Q·TR·PL·AID

Bull. Instit. 1873, 87. Tribunos plebis habes Venusiae? Teani et Beneventi. Le ant. iscr. di Benev. p. 34.

Digitized by Google

1565. — Formiis.

L·CEMOLEIVS·L·F·L·STATIVS·L·F·
Q·PACCIVS·M·F·AID·D·S·S·
PORTAS · FACIVNDAS · DEDERVNT
EISDEMQVE·PROBAVERVNNT

Bull. instit. 1873 p. 87.

1566. — Formiis.

D · ITER · SOLVS · AVGVR
IICES · DE · PEQVN · PVBLIC
C · COER · IDEMQ · PROB

Bull. Instit. l. cit. — V. 1 supple aiD. iterum solus, et in mentem revoca AIDILI SOLO recte ab Avellinio explicatum. Mommsenius solum, novam urbem putavit. — V. 2 initio fornices. V. 3 init. fac.

1567. (= 1194). — Traiecti.

P·LARCIVS·P·L SAVFEIA·Ɔ·L L·LARCIVS·P·F P·LARCIVS·P·F LARCIA P Ɔ L
NEICIA THALEA RVFVS BROCCHVS HORAEA

BONÉIS PROBATA INVISA SVM A' NVLLA PROBA
FVI·PARENS·DOMINÉIS·SENIBVS·HVIC·AVTEM·OPSEQVENS
ITA·LEIBERTATE·ILLEI·ME·HIC·ME·DECORAAT·STOLA
A·PVPVLA'·ANNOS·VEIGINTI·OPTINVI·DOMVM
OMNEM·SVPREMVS·FECIT·IVDICIVM·DIES
MORS·ANIMAM·ERIPVIT·NON·VEITAE·ORNATVM·APSTVLIT
L·EPRIVS·CHILO VIAT·TR·PL·//PRIA·C//P//I

Ex Iocundi cod. veron. f. 163 et Pontano, de aspir, 1481, f. 9 a fine, Larcia Publii et Larciae liberta Horaea dicit: Bonis probata etc. Haec his paruit dominis, qui manu miserunt, Larcio Broccho patroni filio nupsit. Versus sunt senarii iambici v. 5 lege decorat. — V. 9 supple in fin. Epria Cupris?

1568. (= 1195). — Minturnis.

M·PLAVTI·A·M·L
TRASEAE
POSTEREISQVE
EIVS·VIVIT

Ciuffo archipresb. descriptore.

Digitized by Google

1569. (= 1196). — Volturni.

M·ARRIVS·M·F
M·SEXTIVS·A·F
DVO·VIRI·D·C·S
VIAM · FACIVND
ET · REFICIVND
COERAV

Ex Iocundi, cod. veron. fol. 202. Borghesius hos habuit pro duumviris ex XXVI viris quibus cura viarum extra urbem commissa, itaque litteras d. c. s. interpretatus est de consilii sententia.

1570. (= 1197, LXII, c). — Volturni, inde in museum neapolitanum illatus.

MAENIVS·P·F
BINIVS·Q F
DVO·VIR
DE·C·S·VIAS·F·C

Descripsi. Sunt et hi auctore Borghesio ex XXVI viris duumviri viis extra urbem curandis: De C. S. lege de consilii sententia.

1571. (= 1198, LXXVIII, c). — Teani.

AESS STICHVS
NSOR·ABAVOS
PATRIS MEI
NONI·POPVLONA
SACRVM

Descripsi, et emendavi. Praevertit Brunnius. V. 1 supple... Messius... Sententia haec esse videtur. Ego Messius Stichus restitui hunc titulum Iunoni Populonae quem posuerat abavus meus paternus.

1572. — Caleni. Adicula habens caput medusaeum in fastigii tympano, nunc in museo neapolitano: in epistylio legitur.

ROGO TE VIATOR NINOCIAS·BONO GENIO E
SIA·L·L·MVSCIS·SIBEI·ET·SVEIS·DE SVo
FACIVNDVM CVRAVIT

imago Caesii	Muscidis	Quadrati et	puellae
L·CAESIO·Q·F	CAESIA L·L	QVADRATO	CLI
(litt. min.)	MVSCIS	VERNAE	VER
		SVO	SV

Digitized by Google

Descripsi. Dedit Minervinius in Ephem. neap. archaeol. VIII, 1. — V. 1 in fin. sic expedies: Bono genio es. Conferasque velim Plautum in Amphitr. V, II, 1: Bono animo es, assum auxilio, Amphitruo, tibi et tuis. — V. 2 supple Caesia: Muscis habe pro Moschis, nisi magis vis Boscis (Βοσκίς), collata voce Promuscis, not. Tiron.

1573. (=1199, XCIV, A). — Carinolae in turri campanaria.

L·PAPIVS·L·F·TER·POLLIO·DVO·VIR·L·PAPIO·L·F·FAL·PATRI
MVLSVM·ET·CRVSTVM·COLONIS·SENVISANIS·ET·CAEDICIANEIS
OMMIBVS·MVNVS·GLADIATORIVM·CENAM·COLONIS·SENVISANIS
ET·PAPIEIS·MONVMENTVM·HS·ⅭⅭⅭⅭ·EX·TESTAMENTO
ARBITRATV·L·NOVERCINI·L·F·PVP·POLLIONIS

Vicum Caedicianum a Sinuessa abfuisse tradit Plinius, H. N. XIV, 6, 62, sex passuum millibus. Ex campo Caedicio caseus laudabilissimus memoratur ab eodem auctore, XI, 42, 241, fuitque in territorio Vesciae, unde et Vescinus est appellatus. L. Papius haec omnia fecit in obitu patris sui: monumentum ex testamento eius, colonis senuessanis et caedicianeis mulsum et crustum dedit, munus gladiatorium, cenam colonis Senuissanis et Papiis gentilibus suis. Sinuessa postquam ibi colonia deducta est habuit pro summo magistratu duoviros.

1574. (=1202, LXXX, c). — In agro capuano repertus, nunc in oppido S. Mariae di Capua.

(litt. maior.) CN·TARA CIVS CN F
VIXIT A XX·OSSA·EIVS·HIC SITA SVNT

EHEV HEV·TARACEI·VT ACERBO·ES·DEDITVS·FATO·NON·AEVO
EXACTO·VITAI·ES TRADITVS·MORTI·SED CVM·TE·DECVIT FLORERE·AETATI
IVENTA· INTERIEISTI·ET LIQVISTI IN MERORIBVS·MATREM

Versus sunt hexametri et sic disponuntur:

Eheu heu, Taracei, ut acerbo es deditus fato
Non aevo exacto vitai es traditus morti
Sed cum te decuit florere aetate iuventa
Interieisti et liquisti in moeroribus matrem.

Digitized by Google

1575. — In agro campano, nunc in S. Maria di Capua.

P·FELSINIVS·L·F·FAL
Q·FELSINIVS·L·F·FAL
LEG·X
SIGNIFER

Descripsi. Ex ea aetate (C. Marii fortasse) est, qua primum legiones conscriptae stipendiariae et numerus eorum auctus: nec milites ut olim post annum dimissi; certumque est legiones bello marsico numeratos ad viginti. Vide nn. 949-967.

1576. (=574, LXIV, E, *b*, *a*, *c*). — Capua in museum neapolitanum illata ara.

triglyphi cum metopis

lat. sinistro			lat. dextro
		M·BLOSSIVS·M·L·AGATO	
		M·CONSIVS·M·L·NICOL	
		SEX·ALLIVS·Q·L·SEXTVS	
IOVEI·SACR		M·ATILIVS·M·L·APOL	HANCARM
	5	A·NASENNIVS·A·L·PROT	NE·QVIS·DEALBI
		L·FVRRIVS·L·L DION	
		M·LIMBRICIVS·M·L·DIOD	
		C TIBVRTIVS·C·L·FL	
		L·TVRIVS·L·P·C·L·SAND	
	10	PACTVMEIVS·A·L·PHILIP	
		P·OCTAVIVS·P·L·ANTIOC	

Descripsi. — V. 9 FVRIVS non TVRIVS legi putat Ritschelius Enarr. tab. p. 56, ibidem PROT esse ait *e* graeco Πρώτεμος.

1577. (=575, LXIV, F) — Capua in museum neapolitanum illatus.

S·L·F·
CRVDIEI·L·F
CN·MAGIVS·CN·F·I
M·RAGONIVS·M·I
M·LOLLIVS·M·F·ALE
M·GRVSIVS·M·F P.
MAGIVS·CN
FIM FAC

Descripsi. Ait Momms. addidisse se litteras in fine v. 8 ab exemplo pellegriniano. Ego in lapide vidi luculente servatas quasdam litteras, quamvis

Digitized by Google

imminutas, legique paulo aliter quam Pellegrinius, cuius haec lectio est ΓIMAG... — V. 2 Acrudiei vel Ocrudiei nomen non absonum putat Ritschelius Enarr. tab. p. 56. Rectius Macrudieius.

1578. — Capua in Neapol. museum illatus.

L· CVRΓIVS
CAΓ·FAC

Descripsi.

1579. — Capua in museum Neapol. illatus.

(Vv. 1, 3, 4, 6 litt. maior.) LANICIVS RO
(Vv. 2, 5, 7 litt. min.) TEGVLA VS
ANICIA · P · L · CRESTE
DOMITIA·CN·L
FAVSTA ANICIANA
CN · DOMITIVS · CN · L
HERMIA

Descripsi. Supple v. 1. L. Anicius P. L. Tiro. Fausta quae olim fuerat Aniciorum libertate donata a Cn. Domitio dicta est Domitia Fausta Aniciana.

1580. (=1203). — Casapullae prope Capuam.

HIC · S · EST
L·ANNIVS·L·L·C·L
NICEPOR·EIVS·ET·SVIS
AMICEIS·BONIS
PHILARGVR·CONLIBERT
FECIT·DE·SVO

Turbatam verborum collocationem sic velim restituas: Philargurus conlibertus fecit de suo (huic) amicis bonis eius et suis.

1581. (=1204) — In oppido S. Mariae di Capua, quae Capua vetus est.

(litt. maior.) ASVIAE · SEX · L · SALVIA
E
OSSA·HEIC·SITA·SVNT·

Descripsi. Asviae est Asuviae.

Digitized by Google

1582. (=1205, XC, c). — Prope Capuam.

BETILIENAE·TTL·PHILEMAIO
OSSA·HEIC·SITA·SVNT
imago

1583. — In villa S. Petri agri capuani.

L·BILIENVS·MARATHVS
CORNELIAE · PREIMAE
ET·SIBI

Ex Apiano I. n. L. 3676.

1584. (=1206, XCI, e). — Capua in museum neapolitanum illatus.

CAESELLIAE·
D·Q·L·HYMNINIS·
OSSA · HEIC · SITA·
·SVNT·
HELENA · L · DE ·
SVO · FECIT

